ARCHIVES
45

45

Ce registre vient le 1er après le n° 45
il renferme de janvier 1744 au 17 9bre 1747.

ARCHIVES
45

Le haue

1744 Januar. 1.

I.S.4 D.L.F. G.D. PARIS P.P. EXTRA

Nos Universitatis Parisiensis Exrector, Rectorio munere actu defungentes, huncce Commentariorum Academicorum Codicem, centum folia, seu ducentas paginas, continentem, quo noster utatur Scriba, recognovimus, appositâque nostrâ Syngraphâ approbamus./.

Vallette Le Neveu Ex Rect.

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

Acta Commentarii, et Conclusiones almæ Universitatis Parisiensis.

Codex incipit mense Januario anni millesimi Septingentesimi quadragesimi-quarti, Rectoriam gerente M. Jacobo Vallette Le Neveu, Philosophiæ Professore in Marchiano. M. Nicolao Piat, Scribâ.

Anno dñi millesimo Septingentesimo quadragesimo-quarto, die quartâ Januarii habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Exrectorem in Laudunæo. Quibus in Comitiis fuerunt ipse amplissimus Exrector M. Jacobus Vallette Le Neveu, M. Joannes Tamponnet, Theologicæ facultatis Syndicus, locum tenens Philippi De Lamet ejusdem facultatis Decani; M. Franciscus-Nicolaus-Augustus Le Gendre, Juridicæ; M. Elias Col-de Villars, Saluberrimæ facultatis, Decani; M. Petrus Seigneur Nationis Gallicanæ; M. Carolus-Antonius-Alexander Quillet Picardicæ, M. Thomas Viel Normanicæ, M. Joannes-Nicolaus Lallemand Germanicæ, Procuratores: M. Joanne-baptistâ-Blasio de la Porte Syndici vices gerente; M. Nicolao Piat Scribâ; Ad. Ludovico-Nicolao Durand Quæstore generali. 4. Januar.

1.° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii MM. Joannes Cussac, presb. Sanfloriensis; Petrus Pauc, presb. Sanfloriensis; Marcus-Nicolaus Tirlet, diac. Silvanectensis; Alexander-Leonorius Locquet, presb. Ambianensis. De his retulit M. de la Porte, Prosyndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo Studii eorum tempore, cæteraque instrumenta

ad hanc

ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil se deprehendisse vitii. Audito Prosyndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2°
de Rochefort.

Joannes-franciscus de Rochefort, presb. Claromontensis, in artibus Magister et Baccalaureus Theologus, cui die 14 Decemb. 1739 concessæ fuere Litteræ Nominationis, Supplicavit his in Comitiis, ut, cum hactenus nomen Suum gentilitium malè scripserit, illud autoritate Academicâ reformetur, scribaturque de Rochefort, pro Rocheffort; ejusque autem ille tollatur tum è Conclusione quâ Litteræ Nominationis sibi concessæ sunt, tum ex ipsis Litteris Nominationis, Quinquennii, Magisterii artium, Catalogis, Tabulis, seu, Registris, aliisque actis quibuscumque Academicis.

De eo retulit clarissimus Prosyndicus ac dixit, varia esse acta et instrumenta in quibus prædictus de Rochefort nomen Suum emendari postulet; ex iis nempe quædam ad Universitatem spectarent, quædam verò ad Solam artium facultatem. De prioribus, nihil ambigendum quin ab Academico Tribunali reformari possint ac debeant: de posterioribus, hunc semper fuisse morem, ut, quæ Supplicationes ad eorum emendationem habentur, ea fiant plenis in Comitiis præclaræ artium facultatis. Tamen, quoniam leve sit quod postulat præfatus Supplex, nec potest sine gravi dispendio generalia prædictæ facultatis expectare Comitia, de jure Academicâ nihil morari, quominus, quod sæpe factum est, cujusque exstant in Tabulis Academicis exempla plena multa, tam antiqua, quam recentia ipsi per Ornatissimos Nationum Procuratores, nomine artium facultatis, indulgeatur.

Audito Prosyndico, de in deliberationem missâ, Quod spectat ad Universitatem, unanimi tum Decanorum, tum Procuratorum, consensu, Placuit, indulgeri præfato Supplici: Quod spectat ad artium facultatem, Ornatissimus Gallicæ Procurator intercessit, ne ejusmodi Supplicatio alibi, quam in Comitiis artium facultatis generalibus, admittatur. Ornatiss. Picardiæ Procurator dixit, se, habitâ ratione circumstantiarum à Clarissimo Prosyndico exporitarum, indulgere præfato de Rochefort. Ornatiss. Normaniæ Procurator abstinuit a ferendâ Sententiâ. Ornatiss. Germaniæ Procurator dixit, se indulgere præfato Supplici.

Amplissimus Exrector conclusit utrobique cum indulgentibus, hac adhibitâ præfatione, se ultrò ac libenter agnoscere jus præclaræ artium facultatis, cui se nolle quidquam derogatum per hanc Conclusionem; sed speraret, dictæ

facultati

facultati non ingratum fore, quod à se, cum Ornatissimis Procuratoribus, concessum est, cum ipsi Nationes suas edocuerint et quid, et quibus de causis, fuerit concessum.

3.° Recognita sunt, quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta; et in eam rem lecta est Conclusio in illis Comitiis facta. Ad 2.um autem illius Conclusionis caput, 1.° prolata est Pædagogorum declaratio ad mentem dictæ Conclusionis confecta, cujus quidem Declarationis hic est tenor:

Declaration des Maistres de Pension

A Monseigneur le Recteur, Et a Messieurs les Doïeus des facultez, Procureurs des Nations, Et autres du Tribunal.

Supplient humblement les Maistres es arts et de Pension de l'université de Paris, Disant, Qu'il vous plaise donner acte aux Supplians de la declaration qu'ils font par la presente Requeste, Qu'ils entendent se conformer toujours, comme ils ont fait par le passé, aux Statuts generaux de l'Université en ce qui les concerne, notamment a l'article X.e desdits Statuts; ensemble aux Statuts particuliers a eux donnés par l'université et omologués au Parlement; aux Decrets du Tribunal des 24 mars 1618, 2.e avril 1707, 1.er mars 1710, 2.e aoust 1738 omologué le 29. Novembre audit an, et celui du 2.e Juin 1742, Et au contenu aux Lettres de Pédagogie, dont Copie, Signée de l'agent des Supplians, est annexée a la presente Requeste; En consequence, Que les Supplians ne prétendent pas exercer les fonctions des anciens Pédagogues en ce qui concerne la Lecture publique, qui ne se fait que par mrs les Professeurs et Regens dans les Colleges de l'université, mais seulement la Lecture privée dans leurs Pédagogies, qui consiste a instruire dans la Religion et les Belles Lettres ceux de leurs Ecolliers qui ne sont point encor en etat d'aller prendre des leçons dans les Colleges de l'université; preparer et instruire sur ce qui fait la matiere des leçons publiques ceux qu'ils sont tenus de conduire ou faire conduire auxdits Colleges, conformément a leurs Lettres et Statuts, pour y recevoir lesdites leçons publiques des Professeurs, et faire generalement ce qui concerne le particulier de l'education et instruction, fors et excepté la Lecture publique, réservée, comme dessus, à Mess.rs les Professeurs dans les Colleges de l'université. Signatum, Venet, agent des maistres de pension.

Copie des Lettres de Pédagogie

Nos (N.) Rector universi Studii Parisiensis Omnibus

præsentes

præsentes Litteras inspecturis, Salutem. Cum Nobis abundè comprobata sit Dilecti nostri (N.) Artium in Academiâ nostrâ Magistri, tum morum integritas, tùm doctrina ac diligentia; cumque insuper is sit ejusdem Viri erga Universitatem nostram animus, ut ipse pro Academico quam gradu suo, tum Voluntatis projectione conferi debeat; Nos utilitatis publicæ studio ducti, per præsentes Litteras potestatem ei facimus habendi apud se docendique queros et adolescentes, eâ lege, ut, qui audiendi in Scholis capaces erunt, eos solitis horis ac diebus ad publicas Scholarum Universitatis lectiones deducat, deducive curet, servatque tum leges Universitatis nostræ generales, tùm peculiaria Statuta ab eâdem Universitate Pædagogis a se approbatis quevelque sub ejus clientelâ privatim docentibus tradita, et Senatûs autoritate confirmata. Quod se fideliter præstiturum, dicto coram Nobis Sacramento, recepit. Datum Parisiis sub Sigillo Rectoriæ Dignitatis, anno &c.

Je Soussigné Agent des Maistres es arts et de gestion de l'université de Paris Certifie que la presente Copie est conforme aux Lettres de Pédagogie qui ont coutume d'être delivrées a chacun des maistres qui ont Supplié pour licentiâ aperiendi pædagogii. à Paris ce 4. Janvier 1744. Signatum, Jenet.

Visâ et auditâ illâ Dectavatione, Placuit, ejus actum dicti Pædagogii dari eamque in Tabulas universitatis referri.

Secundò, de Decreto quod in eodem 2.do capite prædicto conclusionis habetur, ut Scilicet Professores Artium aliique Graduati, si pædagogium habere voluerint, licentiam ab academico Tribunali petere teneantur, Ornatissimi Galliæ et Picardiæ Procuratores dixerunt, se à suis nationibus habere in mandatis, ut illi Decreto intercederent, ac reipsâ nationum suarum nomine intercesserunt. Ornatissimus autem Normaniæ Procurator dixit, mandatum sibi esse à suâ natione non quidem ut intercessionem interponeret, sed tantùm ut rogaret amplissimum Executorem et academicum Tribunal, ut Decreti illius executioni supersederi vellent donec aliter provisum fuerit. Cum autem é comitio excessissent ornatissimi Galliæ et Picardiæ Procuratores, amplissimus Executor dixit, cum Superioribus in Comitiis factum est illud Decretum, nec se, nec academicum

=micum Tribunal, quidquam aliud sibi proposuisse, quam
in Bono publico et communi Studiorum utilitati pros=
=picerent, insequendo Senatusconsultum anno 1738 latum;
caeterum nec sibi, nec ulli è Deputatis, in mente fuisse
ut cujusquam civium, nedum Ordinis ullius academici,
jura laederentur. Itaque videremi, quid Statuendum
esset tum de intercessionibus Ornatissimorum Galliae et
Picardiae Procuratorum, tum de postulatione Ornatis=
=simi Normaniae Procuratoris. Audito Prosyndico,
Placuit, Supersedevi praedicto Decreto omnibusque
circumstantiis inde pendentibus aut illuc pertinen=
=tibus.

4° Quod M. Germanus LeCavelier, qui Superioribus
in Comitiis supplicaverat pro obtinendo hac in urbe
paedagogio, et cujus supplicationi placuerat in prae=
=sentia Supersederi, dictus est in eâdem insistere sup=
=plicatione, Placuit, delegari Ornatissimos Picardiae
et Germaniae Procuratores, qui in ipsum et in ea
omnia, quae ad ejus supplicationem pertinent, in=
=quirant.

5° Probata est Tabula Virorum Academicorum,
qui Tributum regium vivitim impositum apud urbis
Basilicam persolvere tenentur, eamque Placuit pro
more subsignari.

6° Quod M. Grillet, Rubantini Collegii Primarius,
postulavit supplex, ut sibi ex academico Consessu
aliquis designaretur, qui secum praedicti Collegii res
dispiceret et expenderet; Placuit, ad id designari
M. Durand, Universitatis Quaestorem.

Et ita Super his Sex Capitibus, audito prius
Super singulis M. de la Porte, Prosyndico, conclusit
amplissimus Exrector. S. Vallette Le Nevet Ln Rat.

Anno Dni 1744, die Martis vigesimâ octavâ Ja= 28. Januar
=nuarii, amplissimus Exrector et Praeclara Artium facul=
=tas interfuerunt Solemni Sacro, quod ad memoriam D.
Caroli-Magni in aede navarricâ celebravi solet ex insti=
=tutione V.C. Caesarii Egasse Duboulay. Orationem panegy=
=ricam habuit M. Christianus Le Roy, Rhetoricae Professor
in Cardinalitio, ex natione Gallicanâ.

Die vigesimâ Januarii Majores Universitatis Offi= 30 Jan.
=ciarii cereos pro more detulerunt minoribus Magistratibus.

Die vigesimâ primâ Januarii, amplissimus Exrector, 31 Jan.

Decani

Decani, Procuratores, cum adjunctis, Officiariis majoribus omnibusque Apparitoribus, cereos detulerunt Illustrissimo Francia Cancellario singulisque Supremarum Curiarum Principibus.

1. febr. Die primâ februarii, Idem amplissimus Exrector, Decani, Procuratores, cum Adjunctis, Officiariis majoribus, et apparitoribus Marliacum se contulerunt, ibique cereos Regi et Reginæ obtulerunt. Amplissimus Exrector et Universitatis nomen et quam ipse sibi jam ante fecerat facundiæ famam egregie sustinuit, vel ipso Rege teste ac judice, qui postquam eum audivit gerorantem, ad circumstantes aulicos conversus dixit, Cela est fort beau. Cum Serenissimus Delphinus Marliaco jam discessisset, non potuit ab Universitate salutari; neque Serenissimus Princeps Dux Aurelianensis, quoniam secesserat in Domum Sangenovefanam. / Scriba

3. febr. Die tertiâ ejusdem mensis februarii, amplissimus Exrector et Præclara Artium Facultas interfuerunt Solemni sacro, quod fit pro Magistris Academicis, vitâ defunctis, apud fratres Prædicatores. / Scriba

8. febr. Anno dni 1744, die octavâ februarii, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Exrectorem in Laudunæo.

1° Supplicarum pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii mm. Andreas de Clermetz, clericus Belovacensis; Thomas Chemin, diac. Ebroïcensis; Abrahamus Maigné, presb. Sagiensis; Paulus-Armandus Potage-Beauregard, cleric. Parisinus; Ludovicus-Andreas Anfray, presb. Abrincensis; Nicolaus-Carolus de Germay-de Lisfontaine, subd. Catalaunensis; Olivarius-Simon Lebon, clericus Maclovæus; Dionysius-Stephanus Dumoulin, presb. Suessionensis; Joannes-Baptista-Ludovicus Cullin, presb. Parisinus. De his retulit m. de la Porte, Protyndicus, ac dixit, Se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo Studii eorum tempore; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus visum sibi esse nihil desiderari. Audito Protyndico, Placuit, pia præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta. Hîc Ornatissimus Galliæ Procurator dixit, Nationem Gallicanam molestè ferre, quòd Decretum de Pædagogiis Academicis nuper latum non

fuerit

I.S.4 D.L.F. PARIS

fuerit planè revocatum, sed ei tantùm supersessum fuerit. Itaque, ejusdem Nationis nomine, præfato Decreto, etiam in eo statu in quo relictum est, intercessit; et postulavit suæ intercessionis actum, quem placuit ei concedi.

3°. Auditâ relatione Ornatissimorum Picardiæ et Germaniæ Procuratorum de M. Germano Le Cavelier, qui die 7. Decembris proximè elapsi petierat licentiam habendi hac in urbe pædagogii sub clientelâ Universitatis, visum est esse ampliandum.

4°. Quòd amplissimus Exrector dixit, anno 1741 virum honestum D. Langlois, novum Domûs Academicæ in Suburbio San-germanopratensi positæ Conductorem, exposuisse, plurima in prædictâ Domo desiderari, ut commodè et ad præsentes mores convenienter habitari possit; quorum alia prorsùs necessaria esse, alia verò ad dictæ Domûs ornamentum et commendationem utilissima. Paratum se esse ea omnia in se recipere et facienda curare, si velit Universitas in partem venire impensarum. Eas porrò impensas, ex judicio peritorum, intrà summam novem circiter millium libellarum contentas fore; quarum si Universitas tertiam partem in se recipiat, se reliqua facturum, neque ex iis quidquam, quæ solent Conductores pro suo jure auferre ac repetere, se ablaturum, aut repetiturum; sed ea omnia tamquam Universitatis propria relicturum. Ad id autem non petere ut Universitas præsentem pecuniam numeret, sed ut in tres priores Conductionis annos, libellas in singulos millenas, imputet. Eas petitiones prædicti D. Langlois tunc temporis fuisse ab Universitate maturè ac diligenter expensas, ac tandem de consilio viri honesti D. Richard, Æstimatoris-Jurati, Universitatis studiosi eique addicti, admissas factâ in id conclusione die 3. Junii anni præfati 1741, eâ cautione et conditione, ut, postquam confecta et absoluta fuissent ea de quibus agebatur, fieret illorum accurata descriptio, cui ipse D. Langlois subscriberet, simulque fidem scripto obligaret, se nihil ex iis quæ dicta descriptio, seu Tabula, contineret, repetiturum. Jam verò facta esse et absoluta illa opera, sed longè majori pretio constitisse, quam quo speratum fuerat; impensas enim in id factas summam octodecim millium libellarum exsuperare. Petere ergo prædictum D. Langlois, ut, quoniam anno 1741 mens Universitatis fuisset in tertiam partem impensarum venire, in eâdem etiamnum mente perstet, et pro ter mille libellis sex millia libellarum in se recipiat, cum præsertim ea facta sint opera, quæ non magis ad habitantium commodum, quam ad ipsius Domûs pretium et commendationem, ac proinde ad universitatis rem et utilitatem, conferant. Quòdque adjecit amplissimus idem Exrector, prædicta opera à se non semel,

atque

atque etiam à Questore generali et scribâ Universitatis, esse via et inspecta: ex ipso conspectu cuivis patere, ea esse ejusmodi, ut non tam ab Inquilino et Conductore, quam ab ipso domino et possessore, facta credi possint; adeò in iis firmitas ac soliditas cum elegantiâ conjunguntur! nec dubitandum, quin ejusmodi impensæ multò plus utilitatis Universitati futuris temporibus allaturæ sint, quam nunc oneris important; De eâ re, audito Prosyndico, Visum est, annuendum petitionibus præditi D. Langlois, et tribus libellarum millibus per conclusionem die 3. Junii 1741 factam concessis tria alia millia libellarum esse adjicienda, cujus quidem pecuniæ tria prima millia libellarum in tres priores Conductionis annos, videlicet in singulos millenæ libellæ, tria autem alia in sex posteriores, scilicet in singulos quingentæ imputabuntur; Quæ quidem omnia tum demum rata erunt, cum præfatorum sive operum, sive ornamentorum, facta fuerit accurata descriptio, seu Tabula, eique præditus D. Langlois subscripserit, simulque fidem obligarit, neque se, neque hæredes suos, ex iis quidquam repetituros; sed ea omnia, tanquam Universitatis propria, relictum iri.

5° Digressis Decanis, Placuit amplissimo Exrectori et Ornatissimis Procuratoribus, et Apparitoribus artium facultatis suæ sportula ex Comitiis Rectoriis, quæ haberi debuissent a mense Octob. 1742, persolvantur, idque non ex jure, sed ex gratiâ tantum.

Et ita super his quinque capitibus, audito priùs super singulis clarissimo Prosyndico, concluxit amplissimus Exrector.

Vallette Le Nevet Ex Rect.

14 febr. Anno dñi 1744 die decimâ-quartâ februarii, habita sunt extra ordinem Comitia Deputatorum universitatis apud amplissimum Exrectorem in Laudunæo.

Quòd dixit amplissimus Exrector, nonnullas difficultates ex parte Universitatis superesse, quæ judicium Supremi Senatûs de approbandâ unione Capitulorum B. Mariæ et S. Germani removerentur; quia nempè Universitas non omninò se sa exemerit é numero Partium Contendentium; De eâ re, audito Prosyndico, Placuit, sibi protestatem amplissimo Exrectori, ut de consilio Patronorum viam ineat convenientem, quâ Universitas é numero Partium Contendentium in eo negotio plenè eximatur. Et ita concluxit ampliss. Exrector.

Vallette Le Nevet Ex Rect

I.S.4 D.L.P. PARIS F.P. EXTRA

Anno dni 1744, die tertiâ martii, feriâ tertiâ secundæ in Quadragesimâ hebdomadæ, horâ Septimâ matutinâ, habita sunt pro more antiquo Comitia universitatis in maturinensi, ad aperiendum Rotulum. 3. Mart.

Audito et requirente M. de la Porte, Prosyndico, Placuit, retineri antiquas Consuetudines, atque adeò Rotulum Nominationum aperiri.

Et ita conclusit Amplissimus Exrector.

Vallette Le Neveu Ex Rect.

Anno dni 1744, die Septimâ Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Exrectorem in Laudunæo. 7. Mart.

1.° Supplicarunt pro Litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Antonius de la Verriere, presb. Lugdunensis; franciscus-Joannes-Maria Bernard de Chatenay, clericus Matisconæus; franciscus Mellier, presb. Viennensis; franciscus Bertinot, diac. Divionæus; Robertus Gorge, presb. Lexoviensis; Josephus-Carolus Jolly, presb. Rotomagensis; Petrus-Robertus Le Lorrain, acol. Parisinus. De his retulit M. de la Porte, Prosyndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo Studii eorum tempore, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil se deprehendisse vitii. Audito Prosyndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2.° Supplicavit pro licentiâ aperiendi hac in urbe pædagogii sub clientelâ Universitatis Stephanus de Mory, Suessionensis, in Artibus Magister. Placuit, delegari Ornatissimos Galliæ et Picardiæ Procuratores, qui inquirant an præfatus de Mory instituendæ et gubernandæ juventuti idoneus, eoque nomine Universitatis clientelâ dignus esse videatur.

3.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

4.° Placuit, proxima Comitia Deputatorum ordinaria, quæ in diem Sabbati majoris hebdomadæ incidunt, in diem Sabbati proximè sequentem differri.

5.° Quòd verba facta sunt, Virum honestum Michaëlem Basly, Causarum Universitatis in Supremâ Curiâ Procuratorem Juratum, nuperis diebus è vivis excessisse; Quòdque filius ejus natu major + Michaël-~~Carolus~~ Basly, in Supremo Senatu

+ Carolus

=natu Patronus, supplicavit, ut, quum speret se propediem ab eodem supremo Senatu in locum sui Patris admissum iri, se quoque Universitas ad causas suas procurandas in ejusdem locum admittat; De eâ re, rogatis dictisque sententiis, Placuit, præfatum Michaëlem-Carolum Basly, tùm per se jam laudabiliter notum, tum ob memoriam Patris, quem Universitas fidelem juxtà ac intelligentem reique academicæ inprimis studiosum semper experta est, designari, qui causas Universitatis in Curiâ Parlamenti procuret, cum primùm inter ejusdem Curiæ Procuratores ritè adscriptus fuerit, eumque ad prædictum Procuratoris-Jurati Universitatis Officium jam nunc pro tunc eligi: Interim autem si quæ negotia academica, à Patre inchoata, urgeri ac promoveri necesse sit, Placuit, ea in præsentiâ procurari a Viro honesto Danjou, Procuratore, præfati Michaëlis Basly, Patris, genero.

6.° Quòd Antonius Marchand, unus è Papetariis-Juratis Universitatis, Officium suum purè ac liberè abdicavit, Placuit, illud Officium conferri Baltazaro Dalbaret, præsenti et acceptanti.

7.° Placuit, rogari amplissimum Exrectorem, ut per se videat, quo honorario donandus sit Vir clarissimus M. Gillet, ob conscriptum Libellum memorialem, mox ab Universitate Judicibus Consistorianis proferendum, adversùs petitiones Chirurgorum.

Et ita super his septem capitibus, audito priùs super singulis M. de la Porte, Prosyndico, conclusit amplissimus Exrector. / Vallette Le Neveu Exrect.

20 Mart. Anno dñi 1744 die vigesimâ martii, habita sunt Comitia generalia et supplicatoria Universitatis in Maturinensi.

Primùm in Angulo consessum est, ubi supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Maximilianus-Michaël Moniez, presb. Atrebas; franciscus Desforges, ~~diac.~~ presb. Parisinus; Joannes-baptista-Josephus Le françois, clericus Atrebas. De his retulit M. de la Porte, Prosyndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo eorum studii tempore, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil occurrisse vitii. Audito Prosyndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

Giffart, librar. Ibidem Sacramentum præstitit inter manus amplissimi Exrectoris Giffart, librarius, ab honesto Viro D. Villette, uno ex Adjunctis, præsentatus.

Dixit

Dixit quoque Sacramentum Baltazar Dalbaret, cui die 7. martii collatum est Officium Papetarii Universitatis vacans per liberam abdicationem Antonii Marchand, ultimi illius possessoris pacifici. Dalbaret, papet.

Itum est deinde in Comitium, ubi ampliss. Exrector eloquentem habuit orationem de pace, tum publicâ in Regno, tum privatâ in Universitate, expetendâ.

Facultates Theologiæ, Jurium, et Medicinæ, rata et grata habuerunt quæ gessit amplissimus Exrector in trimestri suo Magistratu, eique decreverunt Litteras Commendatitias. M. Petrus Seigneur, Galliæ Procurator, verba faciens pro quatuor Nationibus, excepit ea, quæ spectant, ut aiebat, ad litem in Curiâ Parlamenti pendentem, ususque est in dicendo vocibus, quæ plurimis visæ sunt indecoræ, cum præ se ferrent sensum hominis dubitantis, an verè ac sincerè locutus esset amplissimus Exrector, dum verba de Academiæ concordiâ expetendâ faceret.

M. Lallemand, Germaniæ Procurator, cum videret Galliæ Procuratorem in unam collegisse Nationum sententias, quæ tamen, si fortè non concordant, dividi ac separatim referri debent a Galliæ Procuratore, surrexit ipse dixitque Nationem suam sine exceptione approbare quæ gessit amplissimus Exrector eique Litteras commendatitias decernere.

Itaque ampliss. Exrector cum pluralitate conclusit simpliciter, simulque ab Universitatis scribâ petiit actum sermonis intempestivi et injuriosi ab ornatissimo Galliæ Procuratore habiti dum Procuratorum sententias referret.

Omnes porrò Ordines Academici amplum comitatum ampliss. Exrectori præbuerunt ad Ædem Deo Sacram sub invocatione B. Mariæ apud Cistercienses, ubi Pontificem egit S. M. N. D. Garguy, Doctor Theologus; Concionem Sacram habuit S. M. N. de Bisset, Doctor pariter Theol. Eucharisticam verò

Die vigesimâ-quartâ Martii, omissa sunt comitia gnalia et Rectoria præclaræ artium facultatis, ob causam sæpiùs allatam, quam vide ad diem 7. septemb. et 6. octob. 1742. / [signature] scriben. 24. mart.

Anno domini 1744, die undecimâ Aprilis, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud 11. april.

Ampliss.

Amplissimum Exrectorem in Laudunæo; Quibus in Comitiis primùm sederunt Ornatissimi Viri Nicolaus Huillard ac Joannes Gordon, novi Procuratores ille Normanicæ, hic Germaniæ; Sedit quoque M. Vincentius Maillot, Juriùm Decanus, mense præterito electus: Vices autem Syndici remunsit M. Joannes-Nicolaus Lallemand, Germanicæ Nationis Exprocurator.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magistrii artium et quinquennii Mm. Carolus-Armandus de Goguè de Moussonvilliers, clericus Carnotensis; Nicolaus-Thevenin, Trecensis, acolythus; Carolus-Franciscus Laquerel, presb. Ambianensis; De his retulit Clarissimus Prosyndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magistrii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de completo ab iis legitimo Studiorum tempore, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil se deprehendisse vitii, nisi quod in testimoniis Studiorum præfati Laquerel deest testimonium unius Semestris Theologici. Audito Prosyndico, Placuit, Sua prædicta Supplicibus postulata concedi; prædicto tamen Laquerel ea lege, ut testimonium, quod non protulit, intra quindecim dies Scribæ Universitatis exhibeat.

Exhibuit die 14 april. 1744.

2° Auditâ relatione Ornatissimorum Galliæ et Picardiæ Procuratorum de M. Stephano Demory; audito pariter Prosyndico, Placuit, inter Pædagogos Academicos admitti prædictum Stephanum Demory, cum potestate habendi hac in Urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis, conditionibus assuetis, videlicet, ut Leges Universitatis generales, et peculiaria Statuta, ab ipsâ Pædagogii à se approbatis facta, servet; ut Pueros et Adolescentes sibi creditos, cum semel erunt capaces audiendi in Scholis, ad publicas Scholarum Universitatis lectiones deducat deducive curet; denique ut pædagogium suum per se ipse verè ac sine fraude teneat, neque suum nomen ulli alii directè aut indirectè præbeat.

3° Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in Comitiis acta et Statuta.

4° Quòd Carolus Picard, unus ex hastatis Viatoribus Universitatis dictus est mutasse conditionem, nec jam posse ejusmodi operam præstare Universitati, Placuit, ejus fratrem, Andream Picard, in ipsius locum assumi.

5° Dixit Ornatissimus Picardiæ Procurator, sibi etiam antè ultima Comitia à Nationè suâ injunctum

fuisse

fuisse, ut prædictæ Nationis nomine adhæreret intercessioni-
=bus, quas Ornatissimus Galliæ Procurator die 4 Januar.
et die 8. febr. hujus anni interposuit tùm advertùs Suppli-
=cationem Joannis-francisci de Rochefort, tùm advertùs De-
=cretum Pædagogos spectans, etiam in eo Statu in quo re-
=lictum est die 4ª Januarii; contigisse autem, ut postremis
Comitiis illud Nationis sua mandatum é memoriâ suâ
excidisset. Nunc verò non posse non obsequi prædictæ sua
Nationi; itaque se, ejus nomine, prædicti intercessionibus
~~adhæsisse~~.

6° Ingressus est M. fontaine, Collegii Trecorensis
Procurator Sequester, ac exposuit, Viduam Ravé, cui
à pluribus annis locatum fuerat prædiolum, quod præ-
=dictum Collegium habet in pago Severiensi ad Sequanam,
clàm abcessisse ac solum mutasse: adhibitam à se
protinùs fuisse omnem diligentiam, ut, quod illa dicto
Collegio debat, recuperaret; Sed frustrà. Porrò Pactum
Conductitium, à præfatâ Viduâ initum in novem annos,
é quibus superstum duo, fuisse per illius fugam de facto
vesciissum: esse tamen aliquam hujus prædii partem,
quæ à prædictâ Viduâ in annos paviter novem sub-
=locata fuerit quibusdam Viris, bonis et idoneis, quos in-
=præsentiâ dimittere, etsi fortasse leges Senarent, vas ta-
=men et utilitas prædicti Collegii non patiatur; præter-
=quam quòd nullus adhuc inventus sit, qui dictum prædium
velit conducere, nec facile sperari possit tam citò in-
=ventum iri. Se itaque postulare, ut, quid sibi facien-
=dum sit, Academicum Tribunal præscribat. Dictum
est, è re Collegii Trecorensis esse, ut M. fontaine dictum
prædium ipse procuret, retinendo, de quibus dixit, sub-
=conductores, si boni sint, cæteras verò prædii partes
conductitiis operis excolendo, donec bonus et idoneus con-
= ductor reperiatur.

7° Quòd dictum est, decretum Virum ac Sacerdotem,
francisceum Madot, junioram, ferentem se pro Collegii
Sancti michaelis Sacellano, vocatum fuisse ad acade-
=micum Tribunal anno 1741 die 5. aug., ut ibi cum
eo disceptaretur, an per dicti Collegii Statuta posset
Officio Sacellani ejusdem Collegii legitimè gaudere;
Cumque tunc temporis comparuisset, fidemque ultrò
dedisset se antè Paschalia anni subsequentis præ-
=dicto Officio sponte cessurum, placuisse, omni dis-
=ceptatione in præsentiâ supersederi; Quòdque dictus
est præfatus Madot prædictum Officium ab illo tem-
=pore retinuisse et etiamnum retinere, placuit,

cum

eum ad proxima Deputatorum Comitia vocari.

Et ita super his septem capitibus, audito priùs super singulis clarissimo Prosyndico, conclusit ampliss. Exrector. / Vallette Le Nevell Ex Rect.

14 April. Anno dni 1744, die decimâ-quartâ aprilis, horâ septimâ matutinâ, habita est in Maturinensi Synodus Beneficiatorum Academicorum.

Postquam Amplissimus Exrector Synodum aperuit, jussit appellari Beneficiatos; quorum nomina ab Universitatis Scribâ hoc ordine recitata sunt.

Pastores Ecclesiarum parochialium.

M. Christophorus Bellot, Licent. Theologus, Pastor Ecclesiæ parochialis SS. Cosmæ et Damiani.

M. Claudius Leger, Magister in Artibus, Pastor Ecclesiæ parochialis S. Andreæ ab Arcubus.

M. Joannes-baptista-Antonius Cotelle, Licent. Theologus, Pastor Ecclesiæ parochialis S. Germani Senioris; ab Universitate inter majores beneficiatos ultimò nominatus, designante Venerandâ Normanorum Natione.

Capellani

M. Carolus Tabourin, in Artibus Magister, Capellanus Capellaniæ B. Mariæ in Ecclesiâ parochiali S. Andreæ ab Arcubus.

Capellaniarum Savoësianarum.

M. Bertrandus Robine, Doctor Theologus.

M. Franciscus-Carolus Dufour, Doctor Theologus et Ecclesiæ Parisiensis Canonicus.

M. Petrus-Stephanus Gourlin, Baccal. Theol.

M. Andreas Potier, Baccal. Theol.

M. Josephus Ravy, Baccal. in Jure Canonico.

Capellaniarum de Castelleto

M. Petrus Meurice, in Utroque Jure Licentiatus.

M. Julianus Chabrun, Baccal. Theol.

M. Petrus-Maturinus Vaillant, Baccal. Theolog. ab Universitate inter minores beneficiatos ultimò nominatus, designante et præsentante fidelissimâ Picardorum Natione.

De Thesauro Regio

M. Franciscus Witasse de Fontaine, Licent. Theol.

Franciscus

franciscus Monchablon, clericus.

Abfuerunt MM. Cotelle, Tabourin, Robine, Dufour Vaillant, et Monchablon, qui omnes, excepto M. Cottelle, excusati sunt partim per amplissimum Exrectorem, partim per Universitatis Scribam.

Audito M. Lallemand, Prosyndico, Placuit, laudari praesentes, imprimis Pastores vigilantissimos; absentes, qui causam absentiae fonticam dedere, excusari; caeteros muletâ solitâ damnari.

Et ita conclusit amplissimus Exrector. /.

Vallette Le Neveu Ex Rect.

Anno dni 1744, die Secundâ maji habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Exrectorem in Laudunaeo. 2. maji.

1°. Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii M. Petrus Durret, clericus Lugdunaeus. De eo retulit M. Lallemand, Prosyndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum testimonia, quibus constat de legitimo Studiorum ejus tempore, caeteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Prosyndico, Placuit, Litteras nominationis concedi praefato Durret.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta.

3°. Quod dixit Amplissimus Exrector, curatum à se fuisse, prout conclusum fuerat in Academico Tribunali, ut Universitas eximeretur e numero Partium litigantium in negotio unionis Capitulorum tum Ecclesiae Metropolitanae Parisiensis, tum Collegiatae S. Germani Altissiodorensis; omissam verò fuisse unam ex Juris formulis, videlicet intercessionis, antehac interpositae, Sublationem; De eâ re, Placuit, rogari eumdem Amplissimum Exrectorem, ut curet hanc intercessionis Sublationem à Procuratore Universitatis forensi rite, et prout expedierit, nomine Universitatis fieri.

4°. Comparuit ex Conclusione diei undecimae Aprilis citatus discretus Vir ac Sacerdos franciscus Madot, Collegii S. Michaëlis Sacellanum se dicens, agente et postulante M. Joanne-Nicolao Lallemand, Prosyndico.

Qui quidem Prosyndicus dixit, praefatum Madot jam antè, anno videlicet 1741 die 5.ª Augusti (quod in postremis Comitiis observatum est) ad Academicum Tribunal vocatum fuisse, ut ibi cum eo disceptaretur, an per Statuta Collegii S. Michaëlis posset Officio Sacellani ejusdem Collegii legi=

=timè

Majus. 1744

=tinè gaudere; cum autem ille fidem ultrò dedisset de anteà Paschalia anni subsequentis prædicto Officio sponte cessurum, tunc temporis omni disceptatione supersessum fuisse. Verum fidei, in ipsis Comitiis data immemorem retinuisse prædic=
=tum officium, et etiamnum retinere. Rursùs igitur vocan=
=dum eum fuisse in jus, ut ipse coram et contradictoriè, quod aiunt, argueretur illegitimæ possessionis.

1.° Patere ex Testamento Illustrissimi Guillelmi de Chenac, Patriarchæ Alexandrini, à quo præfatum Collegium funda=
=tum est, voluisse pium ac beneficum Antistitem, ut Sacel=
=lanus et Procurator essent è numero Scholarium, et, — emenso Studiorum curriculo, Officiis suis decederent. Sic enim habere, cc Volumus, Statuimus et ordinamus, quòd cc in Domo nostrâ . . . . . decem vel duodecim Scholares ha=
cc=beant mansionem, quorum unus sit presbyter, qui in Capellâ cc ejusdem Domûs per se, vel alium, ter ad minus in Septimanâ cc habeat celebrare . . . . . Et alius de dicto numero Procurator cc Domûs Scholarium eorundem existat ad agenda negotia et cc defendenda: Cæteri verò, unà cum prædictis duobus, ad audi=
cc=endas Scientias licitas et Studendum in eis perpetuò vacare cc habeant, quamdiu in eâdem domo manebunt.

Et alio loco, articulo nimirum XII.° Statutorum, ubi Stu=
=diorum tempora, pro variis Universitatis Facultatibus, defi=
=niuntur, diserti verbis edicit, ne quis Scholaris ultrà ea tem=
=pora locum in dicto Collegio aut bursam habeat: cc Loca cc talium (verba sunt Statuti) vacent eo ipso, lapsis temporibus cc prædictis, in Domo et Collegio supradictis, et loco ipsorum cc alii sufficientes et idonei, ut præmittitur, per eos, ad quos spec=
cc=tat, subrogentur.

2.° hanc fuisse fundatoris mentem, sicut et aliorum ejus=
=modi fundatorum, ut solis pauperibus sua liberalitas adhi=
=beratur. Ex eâ conditione ne gentiles quidem suos exemisse, quos tamen cæteris vult præferri. cc Si aliqui de meo genere cc fuerint indigentes, qui voluerint causâ Studii in eadem cc Domo manere, cæteris præferantur.

Ac ne fortè Testatoris voluntas sub inani incerta pauperiatis obtentu eludatur, Statutis definiri certos traditum terminos, intra quos esse oporteat qui pauperes censendi sunt. Sic enim habere XXVIII.um Statutorum Articulum: cc Nullus in Scholarem Domûs cc et Collegii prædictorum poni, assumi et recipi possit, cc vel debeat, vel quomodolibet assumatur, aut recipia=
cc=tur, qui, si fuerit Theologus, ultrà quadraginta libras cc Parisienses; si Decretistà, ultrà triginta libras Turo=
cc=nenses; vel si sit Artista, ultrà viginti-quinque libras cc Turonenses noscatur sive de beneficio, sive de patrimonio, cc in redditibus annuis, pacificè portatis Parisius, obti=
cc=nere.

ab eo

Ab eo quidem tempore, quo hæc Statuta condita sunt, anno Scilicet 1404, factam fuisse magnam in pecuniæ pretio mutationem. Ideircò definitionem illam vetitum, à gloriosque Collegiorum Institutoribus factam, non jam stricto sensu accipi, sed benignâ interpretatione ad id quod scholari Sufficiat, ut honestè vivere ac Studia sua tueri sine bursæ præsidio queat, æstimari, puta ad trecentas libellas, aut quadringentas, aut ad summum quingentas.

Porrò, si hoc utrumque Statutum, aut horum alterutrum spectetur, prædictum Madot jamdudum debuisse bursæ jure excidere.

Primò enim, cum Decretorum facultati nomen dederit, ipsum diffiteri non potest, quin eo intervallo duplum et amplius interfluxerit temporis, quod Studiis illius facultatis per leges præfinitur.

Secundò, Se nec scire, nec quærere quid patrimonii possideat Sacerdos Venerabilis, qui patronum habeat Illustrissimum insignis Diœcesios Episcopum; Sed notum esse omnibus, illum ex censu Ecclesiastico, seu beneficio, habere, non trecentas, non quadringentas aut quingentas libellas, sed supra duo millia libellarum annui reditûs.

His ita expositis, postulavit præfatus Prosyndicus, ut, quoniam prædictus franciscus Madot per Statuta Collegii S. michaelis omni bursa et Officii Sacellani jure excidit, prædicta bursa prædictumque Officium vacare declarentur; Et quod de illo Officio sancitum est per Senatusconsultum anno 1743 die 21. martii latum executioni demandetur.

Prædictus franciscus Madot 1.° inficiatus est, Se fidem anno 1742 dedisse, Se ante Paschalia anni subsequentis Officio Suo Sacellani sponte cessurum, sed tantummodò Baccalaurei in Decretis gradum adepturum.

2.° Respondit, sibi decem annos per Statuta data ad Studiorum cursum in Decretis absolvendum; Studentes in Decretis ... infrà decimum annum Licentiati ... ad Magisterium ascendant.

3.° Censum Ecclesiasticum, seu Beneficium, quo nunc gaudet, non antè habuisse quam bursam in prædicto Collegio habuerit, sed aliquot annis post eam impetratam beneficium illud sibi fuisse collatum.

Concluxit, Sibi jus esse prædicti Officii retinendi.

Reposuit clarissimus Prosyndicus

1.° De fide anno 1742 datâ, certè non magis illi nunc neganti credendum esse, quam Conclusioni tunc confectæ et in Tabulis academicis consignatæ, diserte verbis confirmanti.

2.° Decem quidem annos per antiqua Statuta concedi ad absolvendum Juris cursum, quia, quo tempore condita sunt, eo annorum numero continebatur Studiorum Cursus in Decretis. Sed postquam autoritate regiâ Cursus ille contractus est, et ad eam formam, quâ nunc est, redactus, antiqua illa Statuta ad illius formæ rationem necessariò fuisse redigenda. Valle præpostero Statutorum obtentu Cursum, qui triennio concludituer, per decem annos sine profectu, sine ullo fere Studio, continuare

=tinuare, vel potiùs varias Curiæ illius partes, intercalatas et crebris — longisque intervallis disruptas, ad decimum tandem annum perducere, quid aliud esse nisi Statutis ac legibus fœdè abuti ad desidiam, et testa= +ipsam
=torum voluntatem, quæ Sacra esse debet, turpiter ludificari? Hoc enim voluisse quum Collegii S. Michaëlis fundatorem, in Bursarii, qui= =bus hospitium et alimenta relinqueret, non solùm privatis Studiis, — sed exigiendis quoque publicis lectionibus perpetuâ et non interruptâ serie incumberent; ad audiendas scientias (inquit) et studendum in eis perpetuò vacare habeant, quamdiu in eâ Domo manebunt.

Et certè non alio sensu ejusmodi Statuta ab Universitate intel= =ligi, nec ullum esse in eâ Collegium, cujus Scholares, seu Bursarii, ad præsentem Scholarum publicarum usum Studiorum suorum cursus dirigere et conformare non teneantur.

3.° Quod spectat ad census, seu reditus, æqualiter caveri Statutis et ne admittantur qui reditus supra designatos habent, et ne di= =mittantur quibus ejusmodi reditus, postquam admissi sunt, obvene= =runt: Si quis è Scholaribus prædictis (inquiunt Statuta) . . . post eorumdem receptionem in Domo et Collegio factam . . redditibus extiterit, locus, seu loca hujusmodi vacare in ipsis Domo et Collegio censeantur.

His dictis, clarissimus Prosyndicus in postulatione suâ perseveravit.

Dixit præfatus Madot, se Statutis stare et in prioribus vestigiis perseverare.

Auditis tùm Prosyndico, tùm prædicto Madot, Visis Statutis Colle= =gii S. Michaëlis, rogatis dictisque sententiis, Omnes unanimi suffra= =gio censuerunt, prædictum Franciscum Madot omni jure Bursæ prædicti Collegii et consequenter officio Sacellani planè excidisse; prædictam Bursam prædictumque Officium pro vacantibus esse habenda ex quo die præfatum Decretum ritè denuntiatum fuerit prædicto Madot; Mandandum Magro Fontaine, Procuratori Sequestro ejusdem Collegii, ut ad mentem Senatusconsulti, die 21 mart. 1743 facti, Missas, quæ in Sacello dicti Collegii celebrari debent, celebrari curet.

Et ita super his quatuor capitibus, audito priùs super singulis cla= =rissimo Prosyndico, concluxit amplissimus Executor. /.

Vallette de Neveu Ex Rect.

28. maj. Anno Dñi 1744 die vigesimâ octavâ mensis maji, habita fuit Comitia Deputatorum et Adjunctorum Universitatis apud amplissimum Executorem in Laudunæo ad excipiendas Rationes Accepti et Expensi ab Universitatis Quæstore pier annum 1743.

Auditis probatisque Rationibus, compertum est superesse ex Accepto Summam ter mille octingentarum triginta libellarum cum qua= =tuordecim assibus et decem denariis; quam Summam placuit inter= prædicti Quæstoris manu relinqui in Sumptus ordinarios impendendam. Et ita concluxit amplissimus Executor. /.

Vallette de Neveu Ex Rect.

Anno Dñi

1744. Junius 10.

6. Junii.

Anno dñi 1744, die Sextâ Junii habitæ sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Exrectorem in Laudunæo.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure magisterii artium ei Quinquennii Simon-Petrus Labosse de Chamdorat, presb. Lemovicensis; Petrus-Tussanus Turin, presb. Rotomagensis; Michaël-Fredericus Josseph, Subdiac. Rupellensis; Joannes-baptista Delhaye, Subdiaconus Bolonensis; Dionysius-Josephus Bon, acol. Lugdunæus; Edmundus fiat, acol. Trecensis. De his retulit M. Lallemand, Prosyndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo Studii eorum tempore, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil se deprehendisse vitii. Audito Prosyndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° M. Renatus Coupeau, in artibus Magister, qui die 10. Novemb. 1742 supplicaverat pro licentiâ habendi hac in urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis, ac die 1.ª Decembris ejusdem anni judicatus fuerat habendo ac regendo pædagogio idoneus, admittandus Scilicet ad Sacramentum, cum Cantoris munus, quo in Ecclesiâ parochiali S.ⁱ Medardi fungebatur, planè abjecisset; quique die 6. April. 1743 supplicaverat, ut sibi liceret illud munus retinere ad tempus aliquod; die autem 4.ª mensis Maji subsequentis hoc responsum ab Universitate tulerat, ipsum in eo statu, in quo per Conclusionem die 1.ª Decemb. 1742 factam positus fuerat, relinqui; ille, inquam, Renatus Coupeau his in Comitiis declaravit, se prædictum Cantoris-Choristæ munus planè abdicasse, cujus declarationis actum petiit, et consequenter postulavit, ut admittatur ad Sacramentum, sibique Litteræ Clientelæ concedantur. Placuit, actum dari prædicto Coupeau suæ declarationis, eique Litteras Clientelæ concedi.

3° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta.

4° Quòd rogavit amplissimus Exrector, num placeret, ut in mandato, quo solemnes Universitatis Supplicationes hoc mense indicendæ sunt, indicerentur quoque Speciales preces tùm ad grates Deo agendas de felici, quem armis Regiis dare coepit, successu, tùm ad exorandum, ut successus ille firmus sit ac perennis, donec hostes ad justæ pacis Consilia amplectenda compellantur, Dictum est, id maximè probari.

5° Quòd expoluit fidelissimus Quæstor, in Domo Academicâ in Suburbio S. Germani sitâ, nonnulla esse quæ reparari ac restitui necesse sit, Placuit, mandari præfato Quæstori, ut curet, Archiætectum Universitatis ea inspiceve, ac de iis sententiam dicere.

6° Audita sunt Rationes Accepti et Expensi per annum 1743 à Magistro Fontaine, Collegii S. Michaëlis Procuratore Sequestro. Ex iis diligenter inspectis ac discussis compertum est, Ex Accepto superesse Summam Sexcentarum et duarum libellarum cum quatuor assibus; quam Summam Placuit relinqui prædicto Fontaine ad Sumptus præfati Collegii ordinarios impendendam.

Et ita super his Sex capitibus, audito priùs singulis M. Lallemand

Lallemand, Prosyndico, conclusit amplissimus Exrector. /.

Vallette Le Neveu Ex Rector

17. Junii. Anno dni 1744, die decimâ-septimâ Junii, habita sunt Comitia generalia et Supplicatoria Universitatis in Maturinensi.

Primùm in Angulo consessum est, ibique pro Litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii supplicavit M. franciscus Pouchot de Lagliere, presbyter Gratianopolitanus. De eo retulit M. Lallemand, Prosyndicus, ac dixit se vidisse tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat de legitimo ejus Studii tempore, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil occurrisse vitii, nisi quod cognomentum de Lagliere, quod est in actis academicis, desit in Litteris clericalis Tonsuræ. Audito Prosyndico, Placuit, Litteras Nominationis concedi præfato supplici, eâ conditione, ut cognomentum de Lagliere, aut in Litteris clericalis Tonsuræ reponi, aut ex actis academicis tolli curet.

Deinde itum est in Comitium, ubi amplissimus Exrector eloquentissimam Orationem habuit de felici armorum regiorum Successu. Omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ gessit in hoc trimestri Magistratu eique Litteras Commendatitias decreverunt. Tres tamen Nationes, nimirùm Gallicana, Picardica et Normana, exapprobatione suâ exceperunt, quæ spectant ad Litem de Jurisdictione Academicâ. Amplissimus Exrector ex pluralitate conclusit simpliciter et sine exceptione. Cæterùm omnes Ordines præbuerunt amplum Comitatum ritè procedenti ad Ædem Deo Sacram sub invocatione S. Martini in Collegio Sorbonæ Plessæo.

Priusquam autem ex Æde Sacrâ Maturinensium excederetur, decantatus est Hymnus Solemnis Te Deum.

In Sorbonæ Plessæo Pontificem egit M. La Roche, Doctor ac Socius Sorbonicus, dicti Collegii Primarius. Sacram Concionem habuit M. Riballier, itidem Doctor ac Socius Sorbonicus; eucharisticam autem Orationem M. Tabarie, Rhetor Lexovæus. /.

Vallette Le Neveu Ex Rect.

23. Junii. Anno dni 1744, die vigesimâ-tertiâ Junii, non habita sunt Comitia ordinaria Præclaræ Artium facultatis ad eligendum Rectorem, ob litem de Jurisdictione Academicâ in Supremo Senatu pendentem. /.

N Priat
Scriba

4. Jul. Anno dni 1744, die quartâ Julii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Exrectorem in Laudunæo.

I°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis Jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Gabriel Salvages de Claviere, acol. Sanfloriensis; hubertus Lepin, presb. Petrocorensis; Antonius Denavit, presb. Lugdunæus; Petrus-hieronymus Bourdet, presb. Parisinus; Et Michaël Asselin, cleric. Bajocensis. De his retulit

M. Lallemand

M. Lallemand, Prosyndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo studii eorum tempore, cœteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil occurrisse vitii, nisi quòd in Litteris clericalis Tonsuræ Gabrielis Salvages de Claviere, deest cognomentum illud, de Claviere. Audito Prosyndico, Placuit Sua præfatis Supplicibus postulata concedi; Gabrieli tamen Salvages de Claviere, postquam nomen suum emendari curaverit aut in actis academicis, aut in Litteris clericalis Tonsuræ.

2°. De iis quæ resarcienda sunt ac reparanda in Domo Academicâ Suburbii Sangermanopratensis, Placuit, nihil fieri præter quæ necessaria sunt; ea autem definiri per Amplissimum Exrectorem de Consilio Dni Richard, Architecti.

3°. Quòd fidelissimus Quæstor exhibuit et numeravit quatuor millia libellarum ex ordinariis Academiæ reditibus provenientia, Placuit, eam summam in Arcam Ærarii in præsentiâ recondi.

Et ita super his tribus capitibus, audito priùs super singulis M. Lallemand, Prosyndico, conclusit amplissimus Exrector. / Vallette Le Neveu Ex Rect.

De gravissimâ Controversiâ, quæ die 23 Junii 1742 in præclarâ Artium facultate exorta est occasione Quadrumviratûs Nationis Gallicanæ, postquam hinc et inde Patroni septies egerunt in Senatu, tandem die 31. Jul. factum est Senatusconsultum quod sequitur. 31. Jul.

Extrait des Regîtres du Parlement.

Du 31. Juillet 1744.

Louis par la grace de Dieu Roi de france et de Navarre au premier des huissiers de nostre Cour de Parlement, ou autre huissier ou Sergent sur ce requis, Sçavoir faisons, que Entre messire Paul hamelin, Bachelier de Sorbonne, Professeur de Philosophie au College des quatre Nations, nommé Intrant par la Tribu de Paris pour l'election de Monsieur le Recteur, confirmé d'une voix unanime par les cinq Tribus qui composent la Nation de france, appellant tant comme de Juge incompetent, qu'autrement, du Jugement rendu par l'Exrecteur le 23 Juin 1742 et de ce qui a suivi, d'une part; Et messire Philippe Poirier, cidevant Procureur de la nation de france et Professeur de Philosophie au College de la marche, Intimé, d'autre part: Et entre led. Sr Poirier, Demandeur aux fins de ses Requeste et Exploit du 20 Juillet 1742, tendante a ce que l'appellation fust mise au neant; il fust ordonné que ce dont estoit appel

Sortiroit

Sortiroit Son plein et entier effet, et que l'Appellant fust condamné en l'amende et aux dépens, comme aussi qu'il lui fust permis de faire assigner en nostre dite Cour le S.r Chabrun, Exprocureur, pour voir dire, que défenses lui seront faites, et a tous autres anciens Procureurs de la nation de France, de convoquer aucune assemblée extraordinaire de la nation; que l'assemblée faite par led. S.r Chabrun le 6. Duc. mois de Juillet fust declarée nulle, et qu'il fust condamné en Son propre et privé nom aux frais faits pour ladite assemblée et pour l'execution de ce qui pourroit y avoir été deliberé, a l'effet de quoi défenses seroient faites d'employer dans Son compte aucunes Sommes pour raison de ce en dépenses, en outre estre condamné aux dépens, d'une part; led. S.r Chamelin et le S.r Chabran, Procureur du College du Mans, et Exprocureur de la nation de France, Défendeurs, d'autre part: Et entre Messire Jean-Nicolas Lallemand, Professeur de Rhetorique au College de la marche, faisant les fonctions de Syndic en l'université, Demandeur en Requeste et exploit des 26 et 27 Juillet 1742 tendante a ce qu'il fust receu Partie intervenante dans la cause pendante entre les Défendeurs cy après; qu'acte lui fust donné de ce que pour moyens d'intervention il employoit le contenu en sa Requête, Ce faisant qu'acte lui fust pareillement donné de ce qu'il adhéroit aux Conclusions prises par led. S.r Poirier; au Surplus en consequence de l'instance pendante en nostre dite Cour sur la Requeste qui lui avoit été presentée par le S.r Gibert, Syndic de l'université de Paris le 1738, et en continuant, entant que besoin seroit, les erremens de lad. instance, qu'il lui fust permis de faire assigner et mettre en cause les Nations de la faculté des arts, pour voir dire et ordonner, que l'arrest du 29 avril 1670 concernant l'age requis pour avoir droit de Suffrage actif et passif dans l'élection des Intrans qui eliront le Recteur de l'université, seroit executé dans toutes les nations Suivant Sa forme et teneur, et en explicquant, entant que besoin seroit, ledit arrest, il fust ordonné que le meme age de trente ans seroit requis pour avoir droit de Suffrage actif dans la Confirmation tant desdits Intrans que du Recteur qui seroit par eux elû; qu'a cet effet tous les Suppots qui n'auroient été immatriculés dans lesdites Nations que depuis dix ans et ceux qui le seroient a l'avenir seroient tenus d'exhiber leur Extrait baptistaire au Censeur de leur nation, lequel tiendroit une liste exacte du nom de chacun d'eux et des jour et an de leur naissance, dont il feroit mention dans leur acte d'immatricule, couché Sur le Registre, de laquelle liste il seroit tenu de remettre copie au Syndic de l'université ainsi qu'aux Procureurs et Doyens des Nations; Il fust Ordonné qu'au cas que quelque Contestation Survienne dans une Nation au Sujet de l'élection ou Confirmation de Son Intrant, la Partie qui se trouveroit lezée par la deliberation de la nation, ou la contestation se seroit elevée, pourroit se pourvoir dans l'instant Suivant la disposition de l'arrest de nostre dite Cour du 13 dec. 1713 devant le S.r Recteur assisté de Son Conseil, et en presence de l'assemblée de la faculté des arts, lequel jugeroit Sommairement Sur le champ et de plano ladite contestation, lequel Jugement seroit executé et sortiroit effet nonobstant opposition ou appella-

ou appellation, sans y préjudicier; Il fust pareillement ordonné, que les Procureurs et les Censeurs des Nations seroient tenus de remarquer les personnes, qui dans les assemblées causeroient du trouble par des clameurs, ou d'autres voyes peu convenables a la décence de ladite assemblée, de les avertir de se comporter d'une maniere convenable, et s'ils ne vouloient cesser de causer du trouble, de les denoncer au Tribunal de l'université a l'effet d'estre procedé contre eux par les peines academiques, même de les denoncer a M.r le Procureur Général si le cas le requeroit, et que les contestans fussent condamnés aux dépens, d'une part; Et led.t S.r Chamelin, led.t S.r Chabrun, les Doyens et Suppotts des Nations de France, Picardie, Normandie et Allemagne, défendeurs, d'autre part: Et entre led.t S.r Chamelin, demandeur en Requeste du 13. aoust 1742, tendante a ce que, sans s'arrester aux interventions et demandes desdits S.rs Poirier et Lallemand, dans lesquelles ils seroient declarés non recevables, ou dont en tout cas ils seroient déboutés, que l'appellation et Sentence dont estoit appel fut mise au neant, Emendant que ladite Sentence fust declarée incompetamment rendüe, et que la procedure qui l'auroit précedée et suivie, fust declarée nulle et de nul effet, et au principal sans s'arrester aux protestations et oppositions dud.t S.r Poirier, dont il seroit débouté, il fust ordonné, que la Conclusion de France en l'université de Paris dud.t jour 23 Juin 1742, qui contenoit la nomination de la personne du Suppliant pour son Intrant, a l'effet de donner la voix de la nation pour l'election de M. le Recteur seroit executée selon sa forme et teneur, et qu'il seroit procedé a ladite election en la maniere ordinaire et accoutumée, nonobstant toutes protestations et oppositions faites, ou a faire, et que led.t S.r Poirier fust condamné en tous les dépens faits par led.t demandeur contre toutes les parties, d'une part; Et lesdits S.rs Poirier et Lallemand, défendeurs, d'autre part: Et entre les Doyens et Suppotts de la nation de France fondée en l'université de Paris, demandeurs en requeste du 14 aoust 1742, tendante a fin d'estre receus parties intervenantes dans la cause pendante en notre dite Cour entre le S.r Chamelin, le S.r Poirier et autres, sur l'appel interjetté par led.t S.r Chamelin tant comme de juges incompetents, qu'autrement, de la prétendüe Sentence rendüe par le S.r Exrecteur le 23 Juin 1742 et de ce qui avoit suivi; qu'acte leur fust donné de ce que pour moyens d'intervention ils employoient le contenu en leur requeste; qu'acte leur fust pareillement donné de ce qu'ils adheroient aux conclusions prises par led.t S.r Chamelin en ce qu'il prenoit son fait et cause, Ce faisant, sans s'arrester aux interventions et demandes tant dud.t S.r Poirier, que dud.t S.r Lallemand, dans lesquelles ils seroient declarés non recevables, ou dont en tout cas ils seroient déboutés, que l'appellation et Sentence dont estoit appel fût mise au neant, Emendant que led.t Sentence fût declarée nulle et incompetamment rendüe, il fût ordonné que la Conclusion de la nation du 23. Juin dernier, qui contient la confirmation de l'election dud.t S.r Chamelin pour son Intrant, sera executée selon sa forme et teneur, en consequence que led.t S.r Chamelin donneroit au nom de la nation, a l'exclusion dud.t S.r Poirier, sa voix au nom desd.t demandeurs pour l'election prochaine du Recteur de l'université, et que led.t S.r Poirier et Lallemand fussent condamnés en tous les dépens, d'une part; Et les S.rs Chamelin,

Lallemand,

Lallemand, et Poirier, Defendeurs, d'autre part: Et entre les Sieurs Doyens et Supposts de la Nation de Picardie, fondée en l'université de Paris, Demandeurs en requeste, tendante a ce qu'ils fussent receus Parties intervenantes dans la cause pendante en la Cour entre les Srs Chamelin, le Sr Poirier et autres, sur l'appel interjetté par led. Sr Chamelin, tant comme de Juge incompetent, qu'autrement, du Jugement rendu par l'Exrecteur de l'université de Paris le 23. Juin 1742 et de ce qui a suivi, qu'acte leur fust donné de ce que pour moyens d'intervention ils employoient le contenu en leur requeste et de ce qu'ils adheroient aux Conclusions prises par led. Sr Chamelin, ce faisant, sans s'arrester a la demande formée par led. Sr Lallemand, faisant par commission les fonctions de Procureur Syndic en l'université, le 27 Juillet 1742, dans laquelle il seroit declaré non recevable, ou donc en tout cas il seroit debouté, que l'appellation et ce dont estoit appel fust mis au néant, Emendant que led. Sentence fut declarée nulle et incompetemment rendue; il fust ordonné que les Arrests de nostre dite Cour des 29 Aoust 1670 et 18 dec. 1713 seroient executés selon leur forme et teneur, ce faisant, que ce qui seroit decidé par une Nation pour la nomination et confirmation de son Intrant seroit executé sans que les autres Nations, leurs Procureurs avec l'Exrecteur puissent en connoistre, et en consequence ordonner que led. Sr Chamelin qui avoit été nommé Intrant pour la Nation de France donneroit au nom de lad. Nation sa voix pour l'élection du Recteur, et que les d. Srs Lallemand et Poirier fussent condamnés en tous les despens, d'une part. Et les d. Srs Doyens et Supposts de la Nation de France, de Normandie et Allemagne et les d. Srs Chamelin, Poirier, Lallemand et Chabrun, Defendeurs, d'autre part: Et entre les Procureur et Supposts de la Nation de Normandie, fondée en l'université de Paris, demandeurs en requeste du aoust 1742, tendante a estre receus Parties intervenantes dans la cause pendante ~~est~~ nostre dite Cour entre les d. Srs Chamelin, Lallemand, Poirier et autres Sur l'appel interjetté par led. Sr Chamelin, tant comme de Juge incompetent, qu'autrement, du pretendu Jugement rendu par le Sr Exrecteur le 23 Juin 1742 et de ce qui a suivi, qu'acte leur fût donné de ce que pour moyens d'intervention ils employent le contenu en leur Requeste, qu'acte leur fust pareillement donné de ce qu'ils adheroient aux Conclusions prises par led. Sr Chamelin, ce faisant, que sans s'arrester a la demande formée par led. Sr Lallemand, faisant par commission les fonctions de Procureur Syndic de l'université, le 27 Juillet dernier, dans laquelle il seroit declaré non recevable, ou donc en tout cas il seroit débouté, que l'appellation et ce dont estoit appel fust mise au neant, Emendant que lad. Sentence fust declarée nulle et incompetemment rendue; il fust ordonné que les Arrests de nostred. Cour des 29 aoust 1670 et 13. dec. 1713 seroient executés selon leur forme et teneur, ce faisant, que ce qui seroit decidé par une Nation pour la nomination et confirmation de son Intrant seroit executé sans que les autres Nations, ou leurs Procureurs, avec l'Exrecteur puissent en connoitre, et en consequence il fust pareillement ordonné que

led. Sr

1 S 4 D L F PARIS

led. Sr. hamelin, qui avoit eté nommé Intrant pour la Nation de france donneroit au nom de sa nation sa voix pour l'Election du Recteur, et que lesd. Srs Lallemand et Poirier fussent condamnés aux depens, d'une part; Et les Srs hamelin, Poirier, Lallemand, les Doyens et Supposts des nations de france, Picardie et Allemagne, defendeurs, d'autre part: Et entre les Doyens et Supposts de la nation de Picardie etablie en l'université de Paris, demandeurs en requeste 1744 16. Juillet tendante a ce qu'acte leur fust donné de ce qu'en rectifiant et augmentant entant que besoin aux conclusions par eux cidevant prises par leur requeste du 17 aoust 1742 ils adheroient aux Con=clusions prises par led. Sr. Lallemand quant a l'âge de trente ans pour l'election seulement des Intrans, aux fins de nommer un Recteur suivant la disposition précise de l'arrest de nostre dite Cour du 29 aoust 1670, sans s'arrester au surplus des demandes dud. Sr. Lallemand, dans lesquelles il seroit declaré non recevable, ou dont en tout cas il seroit debouté, Entant que touchoit l'appel interjetté par led. Sr. hamelin comme de Juge incompetant du Juge=ment rendu par le Sr. Exrecteur assisté des trois Procureurs le 23 Juin 1742, que l'appellation et ce dont estoit appel fust mis au néant, emendant que led. Jugement fust declaré nul et in=competamment rendu, et entant que touchoit l'appellation inter=jettée par led. Sr. Poirier de la Conclusion de la Nation de france dud. jour 23 Juin 1742 il fust ordonné que l'arrest de nostre dite Cour du 13. dec. 1713 fust executé selon sa forme et teneur, et attendu que suivant icelui led. appel dud. Sr. Poirier n'avoit pû se porter qu'en nostre ditte Cour, le tenir pour bien relevé, et y faisant droit que l'appellation fust mise au neant, il fust or=donné que ladite Conclusion de la Nation de france seroit executée selon sa forme et teneur, en consequence, que dans l'election du Recteur de l'université, qui sera faite en la maniere accou=tumée, led. Sr. hamelin donneroit sa voix en qualité d'Intrant de lad. nation de france, et que lesdits Srs Poirier et Lallemand fussent condamnés aux depens, d'une part; Et lesd. Srs Doyens et Supposts de la nation de france, le Sr. hamelin, les Srs Poirier et Lallemand, et les Procureurs et supposts des Nations de Normandie et Allemagne, defendeurs, d'autre part: Et entre les Procureur, Do=yen et Supposts de la Nation de Normandie, fondée en l'université de Paris, Demandeurs en requeste du 16 Juillet 1744 tendante a fin d'estre receus Parties intervenantes en la cause pendante en nostre dite Cour entre le Sr. hamelin, les Srs Poirier et Lallemand, et autres sur l'appel interjetté par led. Sr. hamelin comme de Juge incompetant du preten=du Jugement rendu par le Sr. Le Neveu Exrecteur de l'université le 23 Juin 1742 et de ce qui avoit suivi, qu'acte leur fust pareille=ment donné de ce que pour moyens d'intervention ils emploient le contenu en leur Requeste, qu'acte leur fust pareillement donné de ce qu'ils adheroient a l'appel comme de Juge incompetant, interjetté par led. Sr. hamelin, faisant droit sur ledit appel d'incompetance que l'appellation et ce dont etoit appel fust mise au neant, emendant que led. Jugement fût declaré nul et incompetamment rendu, en consequence que lesd. Demandeurs fussent maintenus et gardés dans le droit et possession dans laquelle ils estoient d'élire et nommer leurs

Officiers

Officiers, Procureur, Censeur, Questeur, Examinateurs, Intrans et autres a la pluralité des voix de la Nation conformément a ses us et cou=
=tumes; en ce qui concernoit la demande formée par led. Sr. Lallemand qu'il y fust declaré non recevable, ou en tout cas qu'il en fust dé=
=bouté; qu'acte fust donné aux Demandeurs de ce que sur l'age requis pour l'election des Intrans et la confirmation tant des Intrans que du Recteur ils s'en rapportoient a la prudence de nostredite Cour, et que les Contestans fussent condamnés aux dépens, d'une part; Et les Srs. hamelin, Lallemand, Poirier, les Doyens et supposts des nations de france, Picardie et Allemagne, et le Sr. Chabrun, defendeurs, d'autre part: Et entre les Doyens et Supposts de la nation de france, demandeurs en requeste du 21 Juillet 1744, tendante a ce que sans avoir egard aux Requestes et demandes dud. Sr. Lallemand, dans lesquelles il seroit declaré non recevable, ou dont en tout cas il seroit debouté, faisant droit sur l'appel comme de Juge incompetant que l'appellation et ce dont etoit appel fussent mis au néant, emendant que ladite Sentence ou jugement rendu par l'Exrecteur et les trois Procureurs des nations led. jour 23. Juin 1742 fust declaré nul et incompetamment rendu, et en ce qui concer=
=noit l'appel interjetté par led. Sr. Poirier de la Conclusion de la Nation de france dud. jour 23 Juin 1742, attendu que led. appel n'au=
=roit pû estre porté qu'en nostredite Cour, le tenir pour bien relevé, et y faisant droit que l'appellation fust mise au néant, il fust ordonné que lad. Conclusion de la nation de france seroit executée selon sa forme et teneur, en consequence que dans l'election du Recteur qui seroit faite comme à l'ordinaire, led. Sr. hamelin donneroit sa voix en qualité d'Intrant de ladite Nation de france, qu'acte fût donné aux Supplians de ce qu'ils s'en rapportent a la prudence de nostredite Cour d'ordonner ce qu'elle jugeroit a propos sur l'exe=
=cution de l'arrest du 29 avril 1670 et de fixer l'age auquel les supposts de la Nation de france doivent avoir droit de suffrage pour l'election de l'Intrant et pour la confirmation tant des In=
=trans que du Recteur, et condamner lesdits Poirier et Lallemand aux dépens, d'une part; Et lesdits Srs. Poirier et Lallemand, défen=
=deurs, d'autre part. Apres que Doutremont, avocat de la nation de france et de hamelin, Nichault avocat de la Nation de Picardie, Paporet avocat de la nation de Normandie, Regnard avocat de Poirier, Gillet avocat de Lallemand, et Lucron avocat de la nation d'allemagne, ont eté oüis pendant sept audiences, ensemble Jolly de fleury pour nostre Procureur general, Nostreditte Cour reçoit les Doyens et Supposts de la Nation de france, l'une des Parties de Doutremont, parties intervenantes, leur donne acte de ce qu'ils prennent le fait et cause de Paul hamelin, autre partie de Doutre=
=mont, et de ce qu'ils adherent aux Conclusions par lui prises: Reçoit pareillement les Parties de Nichault et de Paporet parties interve=
=nantes; leur donne acte de ce qu'ils adherent aux Conclusions prises par les Parties de Doutremont: Reçoit pareillement les Parties de Lucron parties intervenantes; leur donne acte de ce qu'ils adhe=
=rent aux Conclusions prises par les Parties de Gillet. Faisant droit

tant sur l'appel

tant sur l'appel interjetté par lesd. Parties de Doutremont du Jugement rendu par Neveu, Ex-Recteur de l'université de Paris le 23 Juin 1742 que sur les interventions a mis et met l'appellation et ce dont est appel au neant; emendant Ordonne que la Conclusion de la Nation de france dud. jour 23. Juin 1742 portant election et con=firmation dud. hamelin, l'une des Parties de Doutremont, pour In=trant de sa Nation, sera executée selon sa forme et teneur, En consequence Ordonne que led. hamelin donnera au nom de sa Nation, à l'exclusion de la Partie de Regnard, sa voix pour l'election prochaine du Recteur de l'université, a laquelle elec=tion sera procedé dans quinzaine pour tout delai, Condamne la Partie de Regnard aux depens a cet egard envers les Parties de Doutremont, Nichault et Paporet; Ayant aucunement egard aux demandes de la Partie de Gillet, Ordonne que l'arrest de nostre dite Cour du vingt-neuf avril mil six cens soixante-dix sera exe=cuté selon sa forme et teneur, en consequence que l'election des Intrans et la confirmation tant des Intrans que du Recteur sera faite dans chaque Nation par les Principaux, Regens, Bacheliers et autres maistres és arts, Supposts de lad. faculté, qui auront atteint l'age de trente ans, sans qu'aucuns de ceux qui n'auront pas trente ans accomplis puissent avoir voix deliberative, active ni passive, dans lesdites election et confirmation, lesquelles au surplus seront faites suivant les Statuts et usages desdites Na=tions; Avant faire droit sur le chef de demande de la Partie de Gillet à ce qu'en cas de contestation au sujet de l'election ou confirmation des Intrans et election du Recteur, les Supposts des Nations soient tenus de se pourvoir devant le Recteur assisté de son Conseil, Ordonne que les Parties seront tenües de remettre leurs memoires et titres entre les mains de nostre Procureur general, pour sur ses conclusions estre par nostre ditte Cour pourveu de tel Re=glement qu'il appartiendra; Et Cependant par provision et sans préjudice du droit des Parties au Principal Ordonne que l'arrest de nostre dite Cour du six Juin mil six cens soixante-huit sera executé, en consequence Ordonne qu'en cas de contestation les Of=ficiers et Supposts des Nations seront tenus de se pourvoir par devant le Recteur et les quatre Procureurs, lesquels seront tenus d'en conferer avec les anciens desdites Nations, pour ensuite estre par les Recteur et Procureurs fait droit ainsi qu'il appartiendra a faire par raison, fait tres expresses inhibition et defenses auxd. Officiers et Supposts des Nations de l'université de se pourvoir et faire poursuite pour raison de ce que dessus que pardevant lesd. Recteur et Procureurs a peine de privation de tous droits, préro=gatives et suffrages dans les Nations, et ce qui sera par lesd. Recteur et Procureurs sur ce que dessus statué et ordonné sera executé nonobstant oppositions ou appellations quelconques et sans préjudice d'icelles: Sur le surplus de toutes les demandes, fins et Conclusions des Parties met les parties hors de Cour, tous depens com=pensés. Sy mandons mettre le present arrest a execution. Donné en Parlement le trente-un Juillet mil sept cens quarante-quatre, et de nostre regne le vingt neufvieme. Collationé, signé Langelé.

Par la Chambre, signé, Dufranc.

Hoc senatus-consultum fideliter descripsi ex ipso exemplo, quod se=cundum juris formulas significatum est Mgro Lallemand, Prosyndico.

N Piat
univ. Scriba

8. aug.

Anno dñi 1744, die octavâ Augusti, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Cancellarium in Laudunao.

1°

Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure magisterii artium et quinquennii MM. Andreas Animé, acol. Matisconensis; Adrianus Mathieu, acol. Parisinus; Antonius-Franciscus Milon, diac. Audomarensis; Andreas-Josephus Mennechal, acol. Laudunensis; Ambrosius Ransson, clericus Bellovacensis; Antonius-Natalis Moisant, acol. Turonicus; Andreas-Guillelmus Goyer, clericus Parisinus; Antonius Dupont, diac. Ambianensis; Antonius Thelip, acol. Claromontensis; Benedictus Barisson, acol. Claromontensis; Claudius-Petrus-Franciscus Branques, clericus Noviomensis; Carolus-Philippus Rondeau, clericus Lucionensis; Cyprianus Delamare, clericus Silvanectensis; Claudius-Petrus Moreze, acol. Parisinus; Carolus-Nicolaus Poventru, subd. Trecensis; Claudius Deshayes, presb. Rotomagensis; Carolus-Franciscus de Mante, clericus Laudunensis; Claudius Buffet, presb. Aduensis; Claudius Rouffel, diac. Catalaunensis; Clemens Delange, clericus Santonensis; Carolus Framboisier, subdiac. Rotomagensis; Carolus-Antonius-Franciscus Anquevand, acol. Suessionaeus; Carolus-Josephus Langlois de Fainville, clericus Rotomagensis; Carolus-Natalis Charpentier, diac. Noviomensis; Dionysius Cartin, acol. Parisinus; Daniel-Mammius Michel de la Bauma, diac. Catalaunensis; Franciscus Chenard, subdiac. Senonensis; Franciscus Lehiéron, diac. Trecorensis; Franciscus-Stephanus Robert, presb. Cameracensis; Franciscus-Gregorius Coniam, diac. Parisinus; Franciscus de la Roche, acol. Sanfloranus; Guillelmus de Mouricaud, presb. Claromontensis; Gasparus-Sebastianus Bardad Duprez, diac. Suessionaeus; Gilbertus-Carolus-magnus Gaudet, acol. Parisinus; Henricus Bluyer, subdiac. Lingonensis; Hervaeus Cam, diac. Leonensis; Joannes-Maria Morin, acol. Parisinus; Joannes-baptista-Alexander Savary, subd. Ambianus; Josephus Sertiron, diac. Claromontensis; Joannes-franciscus Monchault, diac. Ambianensis; Joannes-baptista-Renatus Panier, diac. Rupellensis; Joannes Le Tourneur, presb. Constantiensis; Joannes-Carolus-Gabriel Coudere, subdiac. Rotomagensis; Joannes Delurche, presb. Ambianensis; Joannes Mauroy, clericus Parisinus; Joannes de Macon, presb. Claromontensis; Jacobus Duclos, diac. Parisinus; Joannes-Jacobus Gaultrée Boilleau, acol. Parisinus; Jacobus-amabilis Vimal, diac. Claromontensis; Jacobus Mignot, diac. Bellovacensis; Joannes-franciscus-Josephus Gambier, subd. Noviomensis; Joannes-baptista Thomassin, diac. Remensis; Joannes Le Breton, clericus Nannetensis; Jacobus-Christophorus fluvial, acol. Claromontensis; Jacobus-Nicolaus Jolly, subd. Trecensis; Jacobus-Nicolaus Le Rat, subdiac. Rotomagensis; Joannes-Ludovicus Crin, clericus Suessionensis; Joannes Lelonte, subdiac. Carnutaeus; Leonardus de Tremouilhe, subd. Biturinus; Ludovicus-franciscus-Renatus Dorforges, presb. Parisinus; Ludovicus Jacquelot, presb. Aduensis; Ludovicus-Livinus defay de la Chapelle, acol. Ambianensis; Ludovicus-Nicolaus Normand, diac. Ambianensis; Martinus Le Vacher, diac. Carnutaeus; Maturinus Danet, clericus Venetensis; Michael Bainville, clericus

clericus Carnutensis; Michael-Maturinus Bruno, acol. Rotomagensis; Nicolaus-Blasius Guenotte, diac. Rotomagensis; Natalis-Petrus Henrionnet, diac. Catalaunensis; Nicolaus Bonnet, acol. Carnotensis; Nicolaus-franciscus Ancelin, clericus Bellovacensis; Natalis-Augustinus Latier, acol. Rotomagensis; Oudardus Simon, subdiac. Ambianensis; Petrus-Carolus Aubert, subd. Parisinus; Petrus-Nicolaus Perier, subdiac. Ambianensis; Petrus-Nicolaus Delvincourt, acol. Laudunensis; Philippus-Josephus-Antonius Forto, presb. Parisinus; Petrus-franciscus Mallemain, diac. Noviomensis; Petrus-Mammius Cornier, diac. Catalaunus; Petrus Boucher, diac. Noviomensis; Petrus-franciscus Denize, clericus Rotomagensis; Philibertus Simonin, presb. Æduensis; Petrus le Gallic, acol. Cornubiensis; Robertus Le Vigneur, diac. Lexoviensis; Renatus-Marinus Huet, acol. Cenomanensis; Stephanus Gentil, diac. Tullensis; Thomas Richard, subdiac. Clavomontensis; Zacharias Abrial, acol. Viennensis.

De his Supplicibus retulit M. Joannes-Nicolaus Lallemand, Pro-Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat de legitimo Studii eorum tempore; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil se deprehendisse vitii, paucis tamen exceptis, nimirùm francisco dela Roche de Brisson, qui præterquam quod Litteras Magisterii non exhibuit, nominatur in Litteris clericalis Tonsuræ de la roche, sine cognomento de Brisson; Carolo-francisco de Mante, natali-Petro henrionnet, Petro-Carolo Aubert, qui Litteras clericalis Tonsuræ non exhibuerunt; Petro-Ludovico-Jacqualot, cui desunt litteræ Magisterii; Ludovico-Livino de fay dela Chapelle, cujus in litteris clericalis Tonsuræ deest gravitercognomentum de la Chapelle; Carolo-Josepho Langlois de Jainville, cujus litteræ clericalis Tonsuræ non habent de Jainville; Nicolao-francisco Ancelin, cujus in Litteris Magisterii omissum est nomen francisci; Carolo-Philippo Rondeau, cujus in litteris Magisterii additum est cognomentum dela Clouère, quod dixit se velle abjicere; et Philippo-Josepho-Antonio Forto, qui testimonium quinquennii nec tradidit nec protulit. Audito Pro-Syndico, placuit, Supplicibus supra-nominatis, quorum postulationes sunt in formâ legitimâ, indulgeri simpliciter; cæteris verò cum conditione; videlicet francisco dela Roche, et Petrus-Ludovicus Jacqualot exhibeant scriba Universitatis Litteras Magisterii ante proximas Universitatis Supplicationes; de Mante, henrionnet et Aubert exhibeant litteras clericalis Tonsuræ; Forto exhibeat et probet testimonium quinquennii à quatuor Magistris Artium pro antiquo more Subsignatum; Ancelin et Rondeau curent nomina sua reformari in Litteris Magisterii et ubicumque necesse fuerit: denique supradictus dela Roche, de fay et Langlois curent nomina sua reformari tùm in Litteris clericalis Tonsuræ, tùm in actis Academicis.

2°. Lecta et recognita fuit quæ diebus 6. Junii et 4 Julii acta et Statuta fuerant.

3°. Quòd Stitit se Vir honestus Carolus-Michael Basly, qui die 7ª Martii proximè elapsi designatus fuerat ad postulandum exercendumque Procuratoris Universitatis in Curiâ Parlamenti Officium, vacans per obitum Clarissimi ejus Patris Michaelis

Basly —

Basly, nec potuerat tamen eâ die ad Sacramentum admitti, quia nondum inter prædictæ Curiæ Procuratores rité adscriptus erat; quódque dixit, se nunc in Procuratorum Ordinem secundum Curiæ vitus esse cooptatum, ac proinde nihil jam moræ esse quominús res Universitatis procuraret, De eare, dictis sententiis, Placuit, prædictum Basly his in Comitiis ad Sacramentum admitti.

Basly, Proc.

4° Digressis Decanis, amplissimus Exrector, Ornatissimis Procuratoribus dixit, nihil jam obstare quominus Comitia creando Rectori haberentur: Sibi certé jamdudum in votis esse, ut tanto onere levaretur. Itaque postulavit, num placeret, in ipsis Comitiis, quæ in Pervigilio Assumptionis haberi solent, Rectorem novum eligi. Audito M. Lallemand, Prosyndico, Placuit, haberi rationem postulationis amplissimi Exrectoris, eumque rogari, ut eam in rem Mandatum Rectorium promulget.

Et ita super his quatuor capitibus, audito priús super singulis M. Lallemand, Prosyndico, conclusit amplissimus Exrector. / Vallette Le Neveu Ex Rect.

14 Aug. Anno dñi 1744, die decimâ-quartâ mensis Augusti, habita sunt in Maturinensi generalia Comitia ordinaria Præclaræ Artium facultatis ad deligendos Examinatores Licentiandorum in artibus. Paucis autem ante diebus Amplissimus Exrector, Mandato Rectorio eam in rem edito, promulgaverat, iisdem in Comitiis locum fore electioni novi Rectoris.

Ergo post habitam ab amplissimo Exrectore Orationem, appellati sunt a Clarissimis Procancellariis Examinatores a meritissimis Cancellariis designati, scilicet apud B. Mariam M. Antonius-Jacobus-Quintinus Duhamel, Baccalaureus Theologus, pro honorandâ Natione: M. Geoffridus Auvray, Licentiatus Theologus, pro fidelissimâ: Robertus-franciscus-Arnulphus Ancel, Baccal. Theologus, pro venerandâ: Philippus de la Roche, Licent. Theologus, pro Constantissimâ. Apud Beatam veró Genovefen, M. Josephus Collin, Licent. Theologus et Professor Grammaticæ in regiâ Navarrâ, pro honorandâ Natione: Blasius Messier, Bacc. Theologus, pro fidelissimâ: Philippus-Thomas Chantelou, Bacc. Theologus, pro Venerandâ: Georgius Innesse, Vir Procuratorius, pro Constantissimâ.

Dimissæ ab amplissimo Exrectore Nationes ad deliberandum, ac deinde regressæ, per Ornatissimos Procuratores retulerunt eligi á se et creari Probatores Licentiandorum in artibus eosdem Magistros, qui fuerunt á meritissimis Cancellariis designati, octo scilicet suprá-nominatos. Atque ita conclusit Amplissimus Exrector. Et continuó inter ejus manus Sacramentum dixere novi Examinatores, præsentibus Procancellariis.

Digressis Procancellariis, rursús peroravit amplissimus Exrector, ac deinde fecit supplicandi potestatem.

St. Simon-Sandricourt. Supplicarunt Carolus-franciscus-Simeon de St. Simon-Sandricourt, clericus Parisinus, ut é nomine suo gentilitio detrahatur particula, de, cognomento Sandricourt male addita in priore Logicorum Catalogo,

ipsum

ipsum autem illud Cognomentum in utroque Physicorum omissum reponatur: Josephus Querquy, clericus Sanctonus, ut in quatuor Catalogis et ubicumque necesse fuerit inscribatur Sanctonus, non, Sanctonensis: Matthæus-Jacobus Vermond, clericus Parisinus, ut in utroque Logicorum Catalogo scribatur Matthæus-Jacobus, non, Jacobus-Matthæus: Joannes-baptista Borde, presb. Aurelius, ut in Catalogis omnibusque actis Academicis dicatur Aurelius, non, Aurelianensis: Carolus-Thomas fromont, clericus Parisinus, ut é nomine suo gentilitio detrahatur cognomentum de Montigny in Catalogis et omnibus aliis quibuscumque actis Academicis: Petrus-Ludovicus Jacquelot, presb. Eduensis, ut in tribus prioribus Catalogis addatur littera, c, nomini suo gentilitio scribaturque Jacquelot, non, Jaquelot, in omnibus autem Catalogis aliisque actis quibuscumque Academicis asseratur cognomentum de Contresol: Michaël Daubichon, Parisinus, ut in posteriore Logicorum Catalogo pro Parisiensi inscribatur Parisinus: Carolus de Loynes Dautroche, subdiac. Aurelius, ut in priore Physicorum scribatur Aurelius, non, Aurelianensis; in priore Logicorum Dautroche, non, d'Hautroche; in eodem priore Logicorum et utroque Physicorum Carolus simpliciter, non, Carolus Borromæus; in omnibus autem restituatur nomen suum gentilitium de Loynes, scribaturque de Loynes-d'Autroche: Petrus-Albertus-Maria Chemard de Lahaye, clericus Matisconæus, ut nomen, Maria, quod nomini suo deest in priore Logicorum Catalogo, adjiciatur, simulque nomina sua ordini suo reddantur, nempe-Petrus-Albertus, non, Albertus-Petrus: Nicolaus-franciscus Ancelin, clericus Bellovacensis, in artibus Magister, ut nomen, franciscum, nomini suo adjiciatur tum in Catalogis, tum in Litteris Magisterii et in aliis omnibus actis quibuscumque Academicis: Carolus-Philippus Rondeau, clericus Lucionensis, ut é nomine suo gentilitio detrahatur cognomentum de la Cloüere tum in Catalogis, tum in Litteris Magisterii aliisque actis quibuscumque Academicis: franciscus-Clarus-Victor Robin, acolythus Parisinus, ut nomen, clericus, mutetur in nomen, Clarus, tum in Catalogis, tum in Litteris Magisterii aliisque actis quibuscumque Academicis: franciscus Pouchot, presb. Gratianopolitanus, artium Magister, ut é nomine suo gentilitio tollatur cognomentum de la Gliere tum in Catalogis, tum in Litteris Magisterii aliisque actis quibuscumque Academicis: Gasparus-franciscus Vautrin, clericus Parisinus, ut nomen suum gentilitium reformetur in utroque Logicorum Catalogo scribaturque Vautrin, non, Vautrain: franciscus de la Roche, acol. Sanfloranus, in artibus magister, ut é nomine suo gentilitio detrahatur cognomentum de Brisson tum in Catalogis, tum in Litteris Magisterii aliisque actis quibuscumque Academicis: Petrus-Vincentius Braffant, Parisinus, ut ne sibi noceat quod nomen suum non scripserit in posteriore Logicorum Catalogo, cum quo tempore confectus est ille Catalogus à Scholâ abesse cogeretur, domi scilicet per morbum detentus, quod scripto testatur D. Vieillard, Doctor medicus Parisiensis: franciscus-Josephus Berardier, subdiac. Parisinus, in artibus Magister, ut nomina sua ordini suo restituantur, scribaturque franciscus-Josephus, non, Josephus-franciscus, in Catalogis et Litteris Magisterii aliisque actis quibuscumque Academicis: Carolus-Joannes de Pracomtal, acol. Nivernensis, ut immunis fiat ab onere describendi quæ per biennium philosophicum in Scholâ jam dictata sunt ac deinceps dictabuntur, ob insignem oculorum debilitatem, quam scripto testatur D. Murnier, Doctor medicus Parisiensis: Petrus-Nicolaus Coutan, clericus Parisinus, ut immunis pariter fiat ab onere describendi quæ in Scholâ per biennium suum philosophicum jam dictata sunt ac deinceps dictabuntur, ob insignem ac habitualem pectoris morbum, quem scripto testatur D. de Justiau, Doctor medicus Parisiensis.

Querquy.
Vermond.
Borde.
fromont.
Jacquelot.
Daubichon.
De loynes d'autroche.
Chemard delaye'.
ancelin.
Rondeau.
Robin.
Pouchot.
Vautrin.
delaRoche.
Braffant.
Berardier.
de Pracomtal.
Coutan

Audito -

Audito super his Supplicibus M. Lallemand, Prosyndico, amplissimus Exrector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent Simulque suos Quadrumviros sive confirmarent, sive recognoscerent.

Regressæ Nationes per suos Procuratores retulerunt 1° Se omnibus supplicibus indulgere, voluit tamen Normannorum Natio, ut qui ex iis supplicibus Lectorem suum honoris causâ non adierunt, quam primùm adeant; Simulque conquesta est, quod nonnulla testimonia Medicorum in gratiam aliquorum ex Supplicibus data, non Latinè scripta essent, sed gallicè; quodque non certò sciatur an ii Medici sint Artium Magistri in Universitate Parisiensi. 2° Recognitos et confirmatos Quatuorviros, scilicet in honorandâ Natione M. Paulum Hamelin, Philosophiæ Professorem in Mazarineo: in fidelissimâ M. Carolum Dair, Grammaticæ Professorem in eodem Collegio: in Venerandâ M. Ludovicum Rouger, Eloquentiæ Professorem in Montecuto: in Constantissimâ M. Franciscum-Nicolaum Brasson, Primarium Collegii Marchiani. Et ita concluxit amplissimus Exrector.

Cùm amplissimus idem Exrector in eadem Sacram Matutinensium se contulit cum Quatuorviris, ut Sacris interesset, unde reversus Sacramentum dictorum Quatuorvirorum plenis in Comitiis excepit.

Deinde Quatuorviri Conclave ingressi sunt, unde digressi retulerunt per M. Paulum Hamelin, à se unanimi consensu electum fuisse in Rectorem Virum Clarissimum M. Petrum Fromentin, Eloquentiæ Professorem in Mazarineo. De quâ electione quum deliberassent Nationes, retulerunt, eam à se maximè approbari ac libentissimè confirmari; Simulque petierunt, Orationem ab amplissimo Exrectore his in Comitiis habitam in Commentarios Universitatis referri. Et ita concluxit amplissimus Exrector.

Continuò accessit novus Rector, togâ rubrâ indutus, et præstito Sacramento, ritu antiquo ab amplissimo Exrectore inauguratus est; ac deinde, habitâ ad præclaram Facultatem oratiunculâ, deductus fuit ad ædes suas Mazarineas.

Sequitur Oratio amplissimi Exrectoris,
quam Præclara Artium facultas
voluit hîc describi.

Restitutum inter nos pacem atque concordiam, ac Supremâ Senatûs Sapientiâ excisas penitùs radices discordiarum, et mihi ac vobis toto animo gratulor, Procuratores Ornatissimi, Lectissimi Quatuorviri, Proceres Academici: Equid enim felicius contingere potuit iis Viris, qui pacificas artes colunt, quam omnia mala quibus aliter dissensio animorum, Sapientiâ manu curari ac omninò extirpari?

Nunc lætiora omnia in posterum ominari licet. Nam, ut in hominum Corporibus tot inter partes, quarum consensu valent, fieri vix potest quin interdum aliqua dissideat, unde morbi oriuntur; at ubi Salubribus remediis reducta in integrum temperatio est, hunc ex ipsâ infirmitate robustior efflorescit valetudo: Sic in Corporibus politicis inter multa, quibus constant, membra subolescit nonnumquam ac effervescit aliquid perversi humoris, qui postquam Sapientiâ tractatione depulsus est, tunc firmiùs coalescunt animi, et exgravescentibus malis emergens publica res colorem quendam ducit florentque juventutis.

Quæ quidem

Quæ quidem inter nos animorum conjunctio ut perpetua esset præstantissimorum Magistratuum prudentiâ provisum est; apud quos cum tutissimum semper Academiæ nostræ perfugium fuerit in ipsorum sapientiâ et singulari erga nos benevolentiâ repositum, nunc id agere nostrum est, ut ne tantas eorum curas oneremus; neque ipsorum aures ad Musarum, quæ pace et mutuâ caritate gaudent, lites et jurgia convertamus. Nam integrâ sanitate, quam vel optimo ac peritissimo medico, uti commodius profectò est.

Nunc igitur, obliteratis penitùsque deletis offensionibus, neminem inter vos futurum spero, qui fidem mihi facilè non habeat sanctissimè adjuranti, ex quo me in hunc locum casus, et vobis omnibus et mihi præcipuè acerbissimus, detulit, nullum omninò mihi lætiorem affulsisse diem, quam hodiernum hunc, quo dignitatem, et gravem per sæt temporum difficultate graviorem, sum apud vos depositurus. habent id ea munera, quæ in rerum administratione versantur, ut fulgeant è longinquo prospecta, premant autem et prægravent ubi adsunt; neque jam splendor eorum, sed onus, sentiatur. Mihi certè jucundissimum erit in alterius labore requiescere potiùs quam gerere curam universorum; et in hac tam præclarâ lectissimorum Virorum Societate nemo unus est, cui collegam assidere magno honori non sim habiturus.

Et ex diuturnâ quidem Rectorii Officii tractatione id unum referre mihi contingit, ut usu rerum edidicerim quam multa mihi ad illud, ut par erat, adimplendum deessent, quam multis tum animi, tum ingenii dotibus instructum eum esse oporteat, qui tantæ Academiæ decus possit sustinere. Quod cum omni tempore arduum ac difficile sit, tum difficilius insuper effecturi sunt magnifici rerum eventus, quos partim adesse certum est, partim ex invictâ Regis nostri fortitudine non vanâ spe licet augurari. Id nunc agit Ludovicus noster ut Majorum suorum laudem factis exsuperet; agamus nos, ne in tam prosperis successibus Majorum nostrorum facundiæ impares esse videamur. Dum enim laurorum seges, quâ nulla umquam amplior, in Galliâ aut jam floret, aut virescit adhuc et maturitati propiorem se ostendit, indecorum sane fuerit Academiæ nostræ mutam videri et elinguem.

Eum igitur eligite Rectorem, qui et intra Academiæ nostræ fines domesticis curis, quæ ad ipsius utilitatem laudemque pertinent, sustinendis parem se gerat, et extrà ejusdem limites in magnâ luce, in ipsius Aulæ conspectu collocatus gloriam ipsius tueatur et amplificet. Nihil mihi accidere jucundius potest, quam ea, in quibus non voluntas quidem mea, sed tenuitas, peccavit, ejus, qui successurus est, ingenio et peritiâ emendari.

Vallette Le Neveu Ex Rect.

Anno dñi 1744, die decimâ-septimâ mensis Augusti, horâ septimâ matutinâ, habita sunt in Maturinensi Comitia Deputatorum Universitatis, a novo Rectore pro more indicta ad ipsius sive instructionem, sive confirmationem. 17. Aug. Incipit Rectoratus M. Petri fromentin.

Postquam peroravit Clarissimus Exrector ad latus novi Rectoris sedens, audito M. Lallemand Prosyndico, omnes dixerunt, sibi gratam esse electionem M. Petri fromentin in Rectorem,

eique

eique operam et consilium polliciti sunt.

Et ita conclusit amplissimus Rector, ac deinde ab omni Academico Tribunali deductus est ad aedes, quas elegit, in Collegio Dionysiano. /.

Fromentin Rector.

29. Aug. Anno Dñi 1744, die vigesimâ-nonâ Augusti, habita fuit in Antecessum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo.

1.° Supplicavit M. Carolus-Edmundus Lobeau, presb. Parisiensis, ut error qui irrepsit in testimonium sui Quinquennii emendetur, videlicet ex his duobus vocabulis, trigesimi-primi, tollatur, primi, relinquatur, trigesimi. Placuit, ei indulgeri. Nemo pro Litteris nominationis supplicavit.

2.° Lecta et recognita sunt, quae fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta.

3.° Placuit, Solemnes fieri extrâ ordinem Supplicationes ob restitutam Regis valetudinem, easque quantâ maximâ fieri poterit Academicâ pompâ celebrari, ad instar earum quae anno 1729 ab Universitate habitae sunt ob recentem ortum Serenissimi Delphini. Ad quam autem diem, quem ad locum indicendae sint, an musici cantus ac Symphonia adhibenda, an producendae feriae et quantum ad tempus producendae, Placuit, id totum prudentiae amplissimi Rectoris permitti.

4.° Quod dictum est, Domum Picardicae Nationis, in vico Dionysiano sitam, variis partibus laborare, Placuit, eam Domum ab Architecto Academico inspici Sumptibus Universitatis.

5.° De Quaesturâ ejusdem Nationis Picardicae, cujus rationes adhuc dilatae sunt propterea quod non comparent instrumenta quaedam ad eam pertinentia, quae amissa esse creduntur obitu clarissimi Viri Magistri Bevoigne, Dictum est, Picardicae Nationis Quaestores una cum Myro Durand, Universitatis Quaestore generali, quam diligentissimè poterunt facturos, ut ante mensem Novembrem proximè futurum ea instrumenta recuperent; Si nihil recuperaverint, reddendas tamen rationes quam optimâ fieri poterit formâ.

6.° Placuit, Historiam Universitatis, a Caesare Egasse Duboulay scriptam, donari Illustrissimo Procuratori Catholico.

7.° De novis reparationibus, quae in Domo Universitatis Sangermanopratensi Operariorum manum postulare dicuntur, Placuit, eas à DD. Syndico, Quaestore et Architecto inspici, et, Si urgere videbuntur, illas adjici ad ea, quae in variis antehac Comitiis fieri placuit in dictâ Domo.

8.° Placuit, fieri Decretum, quod Sequitur:

Decretum Universitatis

Scribendo affuerunt Rector, Decani, Procuratores, Tribunal Academicum, IV. Cal. Septemb. M. DCC. XLIV. in Mazarineo.

Quòd dixit M. Jacobus Vallette-Lenevet, Universitatis Syndicus ac Procurator generalis, contigisse hoc anno non semel in quibusdam

=bus dam hujus Urbis regionibus, ut Scholastici, dum ex variis partibus ad Scholas publicas turmatim conveniunt, aut inde redeunt, inter eundum tumultuarentur molestiam obviis quibusque facessentes, popello inprimis ac præsertim Secuariis ac Boariis, dum pecudes, quas illi ad Lanienam ducunt, de industriâ fugant atque etiam strictis gladiis vulnerant, non sine prætereuntium periculo; unde rixæ plurimæ exortæ fuerint, ac, deinde querelæ ad Magistratus delatæ. Comprimendam esse quamprimum ejusmodi licentiam, Universitati, si longiùs eam progredi pateretur, negligentiam sineret, probrosam, civibus gravem, ipsis adolescentibus multum quandoque periculi atque adeò parentibus multum anxietatis ac sollicitudinis importantem. Porrò id mali, quod in eos solos cadit qui extra Collegia habitant, inde oriri, quòd, dum Scholas publicas petunt, partim sibi ipsi permittuntur sine ullo Ductore, partim deducuntur à Viris aut minus attentis aut minùs severis; maximè autem quòd plurimis inter ipsos hoc perperam invenis, ut gladiis accincti, etiam cum ad Scholas Academicas se conferunt, incedere non verentur, inscii videlicet quantum id et menti et legibus Universitatis atque etiam Supremi Senatûs Decreti repugnet.

Enimverò per annos sexcentos et amplius Universitatem, aut saltem Artium Facultatem, exegisse à suis Scholaribus, ut omnes indiscriminatim, sive clerici, sive laici, Ecclesiasticâ veste uterentur: unde in Statutis Reformationis, Cutavillicæ, anno 1452 factæ, hoc haberi, Inhibemus, ne permittant ipsi magistri Scholaribus suis in festis Nationum, aut alias . . . habitus indecentes et laicales deferre. Si per leges Academicas Scholaribus non licebat habitus laicales, ne diebus quidem, quibus cum ipsis indulgentius agebatur, deferre, quanto minus enses et arma, quæ cum veste clericali numquam conjungi potuerunt?

Postea quidem vestis clericalis usum lapsu temporis abiisse in desuetudinem apud Scholares laicos, eos præsertim qui neque in Collegiis neque in Pædagogiis vivebant, quos Majores nostri Martinetos appellabant; sed non ideò licitum illis fuisse gladios aliave arma gestare. Quamobrem anno 1557, cum ex iis plurimi contrà morem Academicum ausi essent armis uti, imò abuti, editum fuisse in illos à Supremo Senatu vehemens Decretum, ipso requirente Procuratore Catholico (Aegidio Bourdin); hic enim cum inter cætera postulasset, Qu'il soit enjoint aux hostes et hostesses, ou demeurent lesdits Escholliers Martinets, de les contenir, et ne les laisser sortir de leurs logis avec espees, dagues, ou autres bastons; sic inter cætera decretum fuit, La Cour . . . . enjoint aux hostes et hostesses desdits Escholliers de ne permettre qu'ils sortent de leurs maisons avec armes, espées, dagues et bastons offensifs, sur peine de s'en prendre à eux et de punition corporelle.

Ac ne quis fortè existimet, quia illud Senatusconsultum occasione gravissimi tumultûs, à Scholaribus excitati, factum sit, intibitionem illam temporariam fuisse, non ultrà ipsius tumultûs terminos duraturam, ecce aliud Senatusconsultum, ipso quoque Illustrissimo Procuratore Catholico (Joanne de la Guesle) requirente, die 18. Augusti 1575 emissum esse octodecim articulos continens in reformationem Universitatis, quorum quintum sic habet, Defend aussi à tous Regens, Sé duguoques, Escholliers et leurs Serviteurs de porter espees, dagues, ou autres armes couvertes, ou apparentes, offensives ou defensives, par ladicte Université et Fauxbourgs, sur peine d'amende arbitraire pour la premiere fois et dagriva

pour la

pour la seconde.

Neque verò supremam Curiam ab hac sentiendi ac statuendi ratione abcessisse, cum anno 1598 jussu Regis Henrici magni Universitatem reformavit. Cum enim antea omnem gladiorum armorumque usum Scholaribus interdixisset, in hac reformatione etiam artis gladiatoriae Magistros à Scholarium commercio removisse, articulo XIX.° reformationis Artium facultatis, qui sic habet, Nemo gladiatoriam discat: atque ut omnis occasio tollatur Scholasticos à studiis avocandi, aut ad nequitiam abducendi, omnes Gladiatores ... ab academiae finibus migrent, et ultrà pontes ablegentur.

Quamquam autem ex illo Statuto, praesertim cum superioribus Curiae Decretis comparato, rectè colligatur eadem, quae habetur suprà, armorum interdictio, licet in eo Statuto propriis verbis non expressa sit; tamen ne quis ex illâ verborum omissione daretur ambigendi locus, ipsum eumdem Regem Henricum magnum, cui principem hanc Academiam ad pristinam dignitatem ac disciplinam revocare maximè cordifuit, Regio Diplomate, seu Declaratione anno 1600. die 3. febr. factâ, in Tabulas supremi Senatûs postridie relatâ, disertis verbis vetuisse, ne Scholastici gladios et arma gestarent.

Ex quibus omnibus patere, quantùm et Moribus Academicis, et Institutis Majorum, et Legibus repugnet recens illa, de quâ hodie querela sit, Scholasticorum licentia. Itaque se pro suo munere postulare ac requirere, ut sub poenis gravissimis jubeantur Scholares Academici, cum eunt ad Scholas, aut inde redeunt, modestè se inter eundum gerere; vetentur enses aut arma quaelibet gestare; moneantur Paedotrophi, seu Paedagogi, ut discipulos suos, quod facere ex Litteris suis tenentur, per se, vel per Submonitores idoneos deducant; denique ut (quod jam saepiùs ab Universitate sancitum est) pervicaces ac turbulenti, si qui tales comperientur nec resipiscant, à Scholis Academicis omninò arceantur: De câ re dictis rogatisque sententiis, Placuit, haberi rationem postulationis meritissimi Syndici, ac Statui quae sequuntur.

I.°

Scholastici extrà Collegia habitantes, cum se ad publicas Lectiones conferunt, aut ab iis discedunt, ubique tum veniendo, tum redeundo, tùm etiam in ipso adventu, cum illis circà fores Collegii expectandum est donec fiat introeundi potestas, modestiam, qualem esse in ingenuis ac rectè institutis adolescentibus decet, exhibento. Inter se ne rixantor; ne tumultuantor. Nemini, sive praetereuntium, sive circum habitantium, molestiam creanto. Nemini contumeliosum quid neque dicunto, neque faciunto.

II.

Scholasticis ad Collegiorum Academicorum Lectiones euntibus, aut inde redeuntibus, gladios aliave arma gestare nefas esto.

III.

Si quis Scholasticus in ea, quae duobus hisce superioribus articulis continentur, peccaverit, in eum graviter animadvertitor. Si mulctatus non resipuerit, aut contumacem se praebuerit, è Scholâ

ejicitor

ejiciator, et Collegii aditu prohibetor; ejectus ex uno Collegio in aliud ne recipitor, ac privilegio scholaritatis exuitor.

IV.

Pædotrophi, seu Pædagogi, commissos sibi pueros et adolescentes ipsi deducunto, aut per subnonitores idoneos deduci curanto. Euntes ne deserunto donec in ipsam Scholam ingressi fuerint; redeuntes ab ipsa Scholæ egressu excipiunto et ad Pædagogium usque sedulò comitantor.

V.

Gymnasiarchæ, Professores, Pædagogi, Institutores, sive Præceptores, hæc Statuta observari pro suâ quique parte diligenter curanto.

VI.

Hoc Decretum typis mandator. Ad valvas Collegiorum et ubicumque necesse fuerit affigitor. In singulis Scholis et Pædagogiis, ineunte quoque anno, publicè legitor; atque adeò hujus exempla Gymnasiarchis, Professoribus et Pædagogis tradantor. Si qui illius aliarumve Legum Academicarum migrassint, Syndicus anquirito.

Et ita super per hujusce Decreti articulis et super reliquis Deliberationum Capitibus, audito priùs super singulis meritissimo Syndico, Conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

Anno Dñi 1744, die Septimâ Septembris, habita sunt extra ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo. 7. Septemb.

Exposuit meritissimus Syndicus, ante annos circiter duodecim Virum Clarissimum D. Legendre, Ecclesiæ Parisiensis Canonicum simulque abbatem Monasterii B. Mariæ de Caro-fonte in diœcesi Carnotensi, testamento suo inter cætera legasse certam hæreditatis suæ partem, ut præmia, Eloquentiæ, Poeseos et Musicæ instituantur, ejusque legati administrationem et custodiam eodem testamento detulisse Venerabili Capitulo Ecclesiæ Parisiensis, et, eo recusante, Fratribus Minoribus magni Conventûs Parisiensis. Testamentum autem illud, ut ferè fit, oppugnatum fuisse ab aliquot Viris, qui se dicti D. Legendre et consanguineos et hæredes legitimos esse dicerent; eamque in rem vocatos ab iis in jus fuisse tùm Executores Testamenti, tum eos omnes qui in illo locum aliquem obtinuerant. Verùm præfatos oppugnatores petitionibus suis nuper dejectos fuisse per Senatusconsultum die primâ Julii proximè præteriti.

Porrò quum ab initio hujus litis Venerabile Capitulum Ecclesiæ Parisiensis, ac deinde Fratres Minores, scripto declarassent, se legati, præmiis instituendis destinati, administrationem et custodiam nec posse, nec velle in se recipere, Visum fuisse Illustrissimo Procuratori Catholico, ipsum illud legatum posse utiliter apud Universitatem collocari, impendendum videlicet in solemnem aliquam et annuam præmiorum distributionem, unde Eloquentiæ ac rei litterariæ studium (quæ Testatoris prima est ac præcipua voluntas) accenderetur et aleretur. Supremum Senatum habuisse rationem postulationis Illustrissimi Procuratoris Catholici, et consequenter Statuisse in præfato Senatusconsulto, ut legatum supra-memoratum Universitati attribueretur, simulque exegisse, ut ipse Amplissimus Rector scripto exponeret, quâ ratione prædictam præmiorum distributionem faciendam esse existimaret, ut Vi-

= deret

=dere est in ipso Senatusconsulto, quod sic habet:

Extrait des Registres du Parlement.

Ce consideré Nostredite Cour . . . . faisant droit a cet egard sur le Re=
=quisitoire de nostre Procureur general Ordonne que les Contracts sur l'hostel
de Ville de Paris montant en principal a 58760.# produisant 1469.# de rente,
ensemble le Contract de Constitution de 440.# de rente au principal de 11000.#
sur l'Eglise Collegiale de St. Benoist, qui ont eté remis par led. Loyau és
mains dudit Marchal, seront delivrés à L'Université de Paris, pour par
elle avoir la jouissance desdites rentes et en recevoir les arrerages a compter
du jour du present Arrest, à la charge par ladite Université de payer
chacun an sur lesdites rentes la somme de 300.# pour les fondations desd.
trois Obits, sçavoir 100.# auxdits Cordeliers, 100.# auxdits Religieux de la
Mercy, et 100.# au Receveur de l'Eglise de Paris; Comme aussi de payer les
droits d'amortissement, si aucuns sont dûs pour lesdits Obits, Et d'employer
le surplus des arrerages desdites rentes par chacun an a la distribution
du prix soit de prose, ou poësie, Latine ou françoise, a des Estudians és
arts de ladite Université; à l'effet de laquelle distribution de prix le
Recteur de ladite Université sera tenu dans un mois du jour de la Si=
=gnification du present Arrest de donner à Nostre dicte Cour son avis par
ecrit sur la forme et les conditions qu'il trouvera les plus avantageuses
pour exciter l'émulation desdits Etudians, pour ledit avis communiqué
a Nostre Procureur general estre par lui requis, et par nostredite Cour or=
=donné ce que de raison. A la remise desquels Contracts sera aussi ledit
Marchal contraint comme depositaire, quoi faisant dechargé . . . Donné
en nostre Cour de Parlement le 1.er Juillet 1744 et de nostre regne le 29.
signatum, Dufranc.

Audito meritissimo Syndico, Amplissimus Rector postulavit, ut ali=
=qui nominarentur viri in re Litterariâ et Scholasticâ versati, qui rem,
quoad præmiorum rationem, maturé expenderent ac deinde ad Academicum
Tribunal referrent. Re in deliberationem missâ, Dictum est, Quid=
=quid ad Litterarum utilitatem, splendorem progressumque pertinet, id
semper Universitati charum fore et acceptum. Bené amplissimum Or=
=dinem, pro more suo, de re publicâ ac de Universitate meritum esse, qui
id statuerit. Habendam esse rationem postulationis amplissimi Rectoris
et consequenter nominandos esse Magistrum Lallemand, Eloquentiæ Pro=
=fessorem in Marchiano, et Magistrum Piat, virum Rectorium, anti=
=quum et emeritum Eloquentiæ Professorem in Sorbonæ-Plessæo, qui
rem, quantum spectat ad præmiorum institutionem, expendant, ac deinde
ad Academicum Tribunal referant. Tradendum meritissimo Syndico ipsum
Senatusconsultum cæteraque instrumenta ad hanc rem pertinentia, ut, iis
diligenter inspectis et perpensis, videat quibus cautionibus præfatum le=
=gatum accipiendum sit, ne quid damni rebus Universitatis inde possit
venturis temporibus emergere.

Et ita conclusit amplissimus Rector./

Fromentin Rector.

Eâdem die septimâ septembris Amplissimus Rector Mandatum
dedit Rectorium ad indicendas extraordinarias Supplicationes habendis

agendisque

1744 Septemb. 20.

agendisque Deo gratiis ob creytum periculosissimo morbo Regem Ludovi=
=cum XV.um

Mandatum Rectoris.

Nos Petrus Fromentin, Universi Studii Parisiensis Rector, Om=
=nibus ac Singulis ejusdem Universitatis Doctoribus, Magistris, Clientibus
ac administris, Salutem. In Regem Suum defixos jamdudum oculos
tenebat Gallia, eoque, quo numquam dulcius se ipsi obtulerat, Spec=
=taculo Suavissimè frucbatur. Viderat nempè egregium Principem in
Campis primùm Belgicis nobiles colligentem lauros, urbesque naturâ
ac arte munitissimas brevissimo temporis spatio armis victricibus Su=
=bigentem. Viderat, quod multò majus est ac jucundius, primo suo in
urbes ac castra adventu omnium sibi animos devincientem, Splen=
=didos Majestatis radios leni popularitatis luce benè temperantem,
in Consiliis capiendis Sapientiam, in periculis adeundis fortitudinem,
Amorem in Suos, in hostem Clementiam ac humanitatem, caterasque
regias Virtutes plaudentium ac sibi Regnoque certatim gratulantium
populorum oculis explicantem. Regem maximum rursùs videbat no=
=væ laudis desiderio succensum ac novos meditantem triumphos ad
hostem inopinatis successibus elatum quantis poterat itineribus con=
=tendentem, ac ab Lisâ ad Rhenum volantem novâ admiratione
noviisque votis prosequebatur; cum ecce gravissimo repentè morbo
correptus, cursu in medio gradum sistere cogitur ac in summum vi=
=tæ discrimen adducitur. Ad tam subitum tamque feralem nuncium
cum omnes Galli, tum præsertim regiæ hujus urbis cives cohorruere;
ac, cùm in tam acerbo casu unicum videretur perfugium Deus, in tem=
=pla illicò incredibili frequentiâ confluere, avas dias noctesque amplecti,
votisque ardentibus non sine lacrymis divinam opem exposcere. Nec frus=
=trà. Preces nostras Supremus Vitæ ac Mortis arbiter benignis auribus ex=
=cepit. Vivit Ludovicus, è tanto discrimine manifesto ac singulari Dei
beneficio liberatus, eoque convalescendo lætitiæ sensus excitavit, qui
vix essent credibiles, nisi omnia essent credibilia in ejus Regis periculo,
quo nullus unquam populis carior extitit.

In tanto civitatis sine modo exultantis gaudio, Primogenita Re=
=gum nostrorum Filia, qua optimum Parentem sibi redditum videt,
minimè liberum est eos, quos gerit animo, sensus non expromere, ac
superfundenti se lætitiæ temperare. Atque ut antè omnia debitas
Deo immortali gratias rependamus, Omnibus Doctoribus ac magistris
Mandamus ac præcipimus, ut die Veneris 11.° Septembris horâ ipsâ octavâ
adsint apud Matutinenses, ornati ut decet, inde post brevem Oratio=
=nem ad eadem Deo Sacram sub invocatione S.ti Ludovici in Collegio
Mazarinæo quantâ fieri poterit celebritate et pompâ nobilium pro=
=cessuri, ab eâque, decantato post Solemne Sacrum hymno eucharistico
Tedeum, eodem ordine ac frequentiâ redituri.

Ut autem in lætitia tam legitima partem commissa nobis Ju=
=ventus veniat, dilatis in diem á nobis indicendos cum Ordinarii sup=
=plicationibus Universitatis, tum Praelaræ facultatis artium Omni=
=bus, inducias Academicas protrahi volumus ad diem octobris 19. quo
die, pro more, Sacrum Spiritui Sancto celebrabitur, ac solita instau=
=randis Scholis concionem habebuntur.

Datum in Aedibus nostris Mazarinæis, die Luna 7. mensis
Septembris 1744.

Ergo anno 1744, die undecimâ Septembris, habita sunt extrà 11. Septemb.
ordinem

ordinem Comitia Centuriata Universitatis in Maturinensi, ad habendas, quas Amplissimus Rector supra-descripto Mandato indixerat, Supplica=tiones.

Primùm in Angulo consessum est, ubi supplicarunt pro Lit=teris Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii MM Gas=pardus de Poly de St Thiebaud, Subdiac. Bizuntinensis; et Ludovicus-Robertus Lehure, acol. Lexoviensis. De his retulit meritissimus Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legiti=mo Studii eorum tempore, cæteraque instrumenta ad hanc Sup=plicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Au=dito Syndico, Placuit, sua utrique supplici postulata concedi.

Itum est deinde in Comitium, ubi amplissimus Rector graviter et facundè peroravit. Inde maximo omnium Ordinum Academicorum Co=mitatu processit ad ædem Deo Sacram sub invocatione B. Ludovici in Mazarinæo. Pontificem egit Sapientissimus Magister ac Doctor M. Lafleutrie, Mazarinæi Procurator, absente M. Braille, Archidi=dascalo. Post solemne Sacrum, hymnus eucharisticus Te Deum eximio vocum et instrumentorum Symphoniacorum concentu decanta=tus est; quod cum satis amplam temporis partem occupasset, non potuit haberi pro more Sacra concio, neque eucharistica ad Pontifi=cem.

Omnes Ordines Academici, quâ pompâ amplissimum Rectorem comitati erant euntem, eâdem prosecuti sunt redeuntem. Priusquam autem Ædem Maturinensium redeundo subirent, singulis omnium Ordinum Magistris sportula ex Ærario Academico erogata est, nimirum unicuique asses viginti quatuor, duplò tamen major Depu=tatis et Majoribus Officiariis, ex quibus constat Tribunal aca=demicum.

Fromentin Rector.

Præter has eucharisticas preces, toti Universitati communes, singuli Ordines Academici sponte suæ in privatis suis Sacellis solemne Sacrum cum hymno Te Deum sequentibus diebus fieri curaverunt. Adeò in om=nium animis insidebat, et quantam jacturam facturi fuissent si Ludovi=cum amisissent, et quàm manifesto Dei beneficio effectum esset, ut Rex optimus et charissimus, morti, si quis unquam proximus, repente ad vitam præter omnium spem revocaretur!

N. Piat
Scriba

3. Octob. Anno dñi 1744, die tertiâ Octobris, habita sunt Comitia ordina=ria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Maza=rinæo.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure magisterii Artium et quinquennii MM. Franciscus-Josephus Lallart, Subdiac. Atrebas; Jacobus-Ro=manus Quinel, diac. Rotomagæus; Ludovicus-Andreas Le Roux, presbyter Atrebas; Philibertus-Petrus Marescot, diac. Rotomagensis; Et Petrus-Re=natus Lefrere, diac. Sagiæus. De iis retulit meritissimus Syndicus ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos

audierunt

audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo Studiorum tempore ab iis
rité confecto, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in
quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, sua præfatis
Supplicibus postulata concedi.

2° Supplicavit M. Petrus Bouchain, in artibus Magister, pro-
licentiâ aperiendi hac in urbe pædagogii sub clientelâ Universitatis.
Placuit, nominari Viros clarissimos M. Camponnet, Sacri Ordinis Syn-
=dicum, et Decani partes agentem, Et Magrum Gordon Constantissimæ
Nationis Procuratorem, qui de præfato Bouchain inquirant et ad proxi-
=ma Comitia referant.

3° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis
acta et statuta; in primis Decretum ad disciplinam Scholasticam per-
=tinens, quod quidem Decretum, Placuit, quantum necesse est, confirmari,
et quam primum publicari.

4° Ex relatione meritissimi Syndici et fidelissimi Quæstoris, Pla-
=cuit, refici, et, quantum decet, exornari Caminum jam vetustum,
qui est in eâ Cadium Academicarum parte, cujus conductor et inquili-
=nus est Vir nobilis D. de Montesquiou.

5° Quòd dixit meritissimus Syndicus, confectum tandem esse et
Conclusum processum, quem vocant Verbalem, Declarationum à Credito-
=ribus Collegii Rubantini factarum, responsionum Primarii ejusdem Colle-
=gii, et Animadversionum Universitatis, prout Statutum fuerat duobus
Supremi Senatûs Decretis, quorum alterum die 16 april. 1737 factum est,
alterum die 7. Decemb. 1742: non potuisse autem processum illum institui,
nisi Universitas præstaret ac repræsentaret impensas ad id necessarias, quas
quidem impensas post ram confectam repeteret ac præcipuo jure recupera-
=ret, prout cautum est tum prædictis Senatus consultis, tum Conclusioni-
=bus Universitatis diebus 10 april. et 15 maji 1737 et 2ª Junii 1742 fac-
=tis. Harum porrò impensarum majorem partem variis temporibus fuisse
numeratam, Superesse autem partem non mediocrem, quam necesse esse
exhiberi et in præsentiâ numerari; De eâ re, Placuit, Quòd superest
impensarum in prædictum processum Verbalem factarum ab Universitatis
Quæstore quamprimum exhiberi et numerari.

6° Lectum est Senatus consultum, postulante ac requirente Illustrissi-
=mo Procuratore Catholico factum, quo jubetur Universitas Sententiam su-
=am expromere de legatâ a V. C. Magro Picoté de Bellestre, Doctore Medico
Parisiensi, Bibliothecâ, ante aliquot annos Medicorum Ordini attributâ.
Placuit, differri donec super eâ re audità fuerit ipsa Salubertrima
facultas.

7° Dixit Amplissimus Rector, Se ex potestate sibi factâ per conclu-
=sionem diei 29 augusti prorogasse indutias Academicas ad diem 19 hujusce
mensis, dato et promulgato ad id et ad Solemnes Supplicationes die 11. Sept.
extra ordinem habendas Mandato Rectorio; Sibi in animo esse Supplica-
=tiones ordinarias, quæ solent intra octo primos hujusce mensis dies haberi,
ad diem Vigesimum indicere, diem verò Vigesimum-primum habendis Co-
=mitiis Præclaræ Artium facultatis, quæ die decimo vulgò celebrantur,
constituere; Simulque rogavit, num placeret, quæ hoc anno ante Regi ob-
=venerunt, aut ab eo gesta sunt, Oratione publicâ ab Universitate celebrari;
Placuit, approbari quæ hac in parte fecisse amplissimus Rector, et fiori
quæ facienda proponeret; rogatusque est, ut ipse pro suâ prudentiâ suo-
=que in Universitatem Studio Oratorem eligeret.

Et ita

Et ita super his septem capitibus, audito priùs super singulis Myro Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector. /.

Fromentin Rector.

20. Octob. Anno dñi 1744, die vigesimâ Octobris, habita sum Comitia cen=turiata Universitatis in Maturinensi.

Primùm in Angulo consessum est, ubi supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium ex quinquennii MM. Joannes-Jacobus Yealle, presb. Sanflorensis; Jacobus-Laurentius Hebert, diac. Constantiensis; Augustinus-Memmius Michè delabaume, diac. Catalaunensis; Thomas Morliere, diac. Ambianensis; Et Franciscus Legrand, presb. Ballovacen=sis. De his retulit meritissimus Syndicus ac dixit, se vidisse tùm ea=rum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore ab iis peracto, caeteraque instru=menta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. audito Syndico, placuit, sua praefatis supplicibus postulata concedi.

Collombat Vincent. Libr. Ibidem sacramentum dixerunt inter amplissimi Rectoris manus duo novi Librarii à Librariorum Syndico praesentati, scilicet Jaco=bus-Franciscus Collombat, et Vincent.

Itum est deinde in Comitium, ubi post habitam ab amplissi=mo Rectore orationem, omnes Ordines Academici rata et grata ha=buerunt quae hactenùs gesserat in suo magistratu, atque Litteras com=mendatitias decrevere, et amplissimum comitatum praebuere vi=a procedenti ad eidem Deo sacram sub invocatione S. Annae apud Ere=mitas S. Augustini ad Sequanam.

Pontificem egit M. Campenner, Theologorum Syndicus; Concio=nem sacram ad populum habuit M. de Vignolles, Doctor Theologus, eucharisticam verò ad Pontificem M. Germain, humanitatis Professor in Montacuto. /. Fromentin Rector.

21. Octob. Anno dñi 1744, die vigesimâ-primâ Octobris, horâ deci=mâ matutinâ, habita sunt in Matturinensi generalia Comitia ordinaria Praelatorum artium facultatis, dilata nimirùm in hanc diem ob feriarum prorogationem.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem fac=tus est supplicationibus locus. Supplicarunt Joannes-baptis=ta de fraissy de Sestrieres, presb. Sanflorensis, ut in priore Lo=gicorum catalogo scribatur Sanflorensis, non, S. Flori: Phi=

De fraissy de Sestrieres.

Boivert. lippus-Renatus-Jacob Boivert, Parisinus, ut in utroque Logicorum Catalogo pro Renato-Philippo inscribatur Philip=

Salvages. pus-Renatus; Gabriel Salvages, clericus Sanflorensis, in artibus Magister, ut in Litteris magisterii omnibusque cata=logis et actis quibuscumque Academiis è nominibus suis detrahatur cognomentum de Clarivaux, quod nomini suo gen=

Moulin. tilitio addidit; Mathaus Moulin, clericus Sagrensis, ut

è nomine

é nomine suo gentilitio detrahatur cognomentum de Boissulan, quod scripsit in utroque Logicorum Catalogo; Ludovicus-henricus de la Tour Dupin de la Charce, Lingonensis, ut particula, de, praetermissa in inscribendis suis nominibus in posteriore Phylicorum Catalogo ante cognomentum la Charce, reponatur; Josephus-Nicolaus-Dominicus de la Pomelie, clericus Ambianensis, ut detractis é nomine suo gentilitio litteris, l, et, m, scribatur in utroque Logicorum Catalogo Pomelie, non, Pommellie; Raymundus-Ignatius-Quirinus Dallemand, acol. Corisopitensis, ut nomini suo gentilitio duae literae, l, et, d, reddantur in Catalogis in quibus desunt, scribaturque Dallemand, non, Daleman; Ludovicus Comeau, clericus Aeduensis, ut tollatur é nominibus suis nomen, Caesar, cum particulâ de, male additâ; Michaël-Carolus-franciscus Loquin, clericus Parisinus, ut nomina sua malé ordinata in utroque Logicorum Catalogo ordini suo restituantur, scribatur videlicet Michael-Carolus, non, Carolus-Michael; franciscus-Petrus Lemaire, clericus Bellovacensis, ut in priore Logicorum Catalogo scribatur franciscus-Petrus, non, Petrus franciscus; + Josephus-Maria Palerne, clericus Parisinus, ut immunis fiat ab onere scribendi libellos philosophicos, ob insignem oculorum debilitatem, quam scripto testatur M. falconet, Doctor Medicus Parisiensis; Lucas-Severus ++ du halgoüet, clericus Redonaeus, ut eamdem obtineat immunitatem, ob simile oculorum vitium, quod scripto testatur M. Le hoc, Doctor Medicus Parisiensis; Bernardus-Augustinus Aubert de Tourny, clericus Parisinus, ut eâdem immunitate donetur ob similem oculorum morbum, quem scripto testatur M. Lemonnier, Doctor Medicus Parisiensis; Jacobus-Antonius Ricouart d'herouville, clericus Parisinus, Ecclesiae Parisiensis Canonicus, ut pariter immunis fiat ab onere scribendi tam quae superiore anno dictata sunt in scholâ Philosophicâ, quam quae hocceanno posteriore dictabuntur, ob insignem oculorum morbum, quem scripto testatur M. Peaget, Doctor Medicus Parisiensis; denique Carolus Batteux, presb. Remensis, Artium Magister in Universitate Remensi, in eâdem Doctor-Regens in Artibus et Eloquentiae Professor septennis, supplicavit, ut, quoniam designatus sit Tertii Ordinis Regens á Clarissimo Collegii Lexoviensis in hac Parisiensi Universitate Primario, Universitas Parisiensis pro maternâ suâ in filiam suam primogenitam Remensem caritate ac benevolentiâ se supplicem inter suos accipere velit.

Auditus Mgr Le Neveu, Syndicus, de supplicibus referens, De postulatione Caroli Batteux dixit, hunc ab antiquis temporibus fuisse Universitati Parisiensi morem, ut quemcumque nanciscceretur virum eruditum, si gradum magisterii in aliâ quâvis Universitate Gallicanâ consecutus esset, eum lubentissimé sibi adsciscerel per modum adoptionis, seu cooptationis. Diu illam nihil aliud á cooptandis exegisse praeter litteras magisterii, quas simulatque exhibuerant, statim in Magistrorum Parisiensium album referebantur. Á centum et quinquaginta fermé

De la Tour Dupin de la Charce.

De la Pomelie.

Dallemand.

Comeau.

Loquin.

Lemaire

Palerne

+ antonius-

Du halgoüet

++ de Poulpiquet

Aubert de Tourny.

Ricouart d'herouville.

Batteux.

=ta fermé annis, cum pleraeque Universitates á pristino suo regimine, quod ipsis erat cum Parisiensi commune, descivissent, fœdusque illa cum Solis Remensi et Cadomensi retinuisset, tum eam fuisse in co=optandis ejusmodi viris parciorem, atque etiam difficiliorem; exe=gisse enim, ut cooptandi non solùm fidem facerent gradûs magisterii in harum alterutrâ adepti, sed etiam ut apud se subirent examina more Candidatorum, et, si in iis examinibus probarentur, Lauream Artium et Magisterii gradum in hac præclarâ facultate obtine=rent. Sic sub finem postremi Sæculi virum clarissimum Mgrum Couture, Cadomensem, fuisse ab Academiâ Parisiensi cooptatum; nec sané fuisse, cur eam ejusmodi cooptationis pœniteret. Carolum Batteux, de quo nunc agatur, non tantùm Magisterii gradu insig=nitum esse in Universitate Remensi, sed etiam in eâ Eloquentiam publicé per septem annos multâ cum laude professum esse. Quam=obrem se nihil morari, quominùs more Majorum ab Universitate cooptetur, postquam solita examina subierit, et gradum Magisterii obtinuerit.

Audito meritissimo Syndico, Amplissimus Rector dimisit Nationes ad deliberandum tùm de Supplicibus, tùm de Quatuorvirorum confirma=tione; simulque petiit, ut rata et grata haberentur quæ gessit in suo Magistratu, et sibi Litteræ Commendatitiæ decernerentur.

Reversæ Nationes per singulos Procuratores declaraverunt, se rata et grata habere quæ gessit Amplissimus Rector in suo ma=gistratu, eoque nomine litteras Commendatitias illi decernere: indulgere omnibus Supplicibus; Constantissima tamen Natio cum aliquâ exceptione, nimirum ut, priusquam præfatus Batteux ad solita examina admitte=retur, per Deputatos inquireretur an ille reipsâ sat sibi nominis jam fecerit, ut ejusmodi gratiam mereatur: denique confirmatos esse Quatuor=viros matutinis horis electos, scilicet in honorandâ Natione Mgrum Carouge, Grammaticæ in Cardinalitio Professorem; in fidelissimâ Mgrum Bartholomée, Grammaticæ Professorem in Mazarinæo; in Venerandâ Mgrum Lerat, Bacc. Theologum; in Constantissimâ Mgrum Daton, Bacc. Theologum. Et ita conclusit Amplissimus Rector.

Tum Quatuorviri, præstito priùs Sacramento, Conclave ingressi sunt; unde digressi per Mgrum Carouge retulerunt, se unanimi consensu fasces Rectorios Amplissimo Rectori prorogasse. Quæ prorogatio statim ab omnibus Nationibus probata est et confirmata. Et ita conclusit Amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

27. Octob. Anno dñi 1744, die vigesimâ-septimâ Octobris, habita sunt in Maturinensi generalia Comitia ordinaria Præclaræ Artium fa=cultatis ad eligendos Censores.

Chapt de Rastignac. Post habitam ab Amplissimo Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt Armandus-Anna-Augustus-Antoninus-Siccarius Chapt de Rastignac,# ut immunis fieret ab onere scribendi Codices philosophicos, ob insignem oculorum debili=tatem, quam scripto testatur M. Munier, Doctor Medicus Parisiensis, et Joannes-

Petrocoriensis

et Joannes-baptista-Carolus-franciscus Clermont d'Amboise, Clericus Parisinus, ut immunis pariter fiat ab onere scribendi, ob gravem pectoris imbecillitatem, quam scripto testatur M. Lemonnier, Doctor Medicus Parisiensis. Clermont d'amboise.

Audito Syndico, Nationes ab amplissimo Rectore dimissæ ad deliberandum de supplicibus et creandos Censores, retulerunt se dictis supplicibus indulgere, et creatos à se Censores, nimirùm ab honorandâ Natione Mgrum de la Porte, Professorem emeritum; a fidelissimâ Mgrum Petit, humanitatis Professorem in Mazarinæo; à Venerandâ Mgrum Lemercier, Bacc. Theologum; a Constantissimâ Mgrum Datum, Bacc. Theologum. Et ita conclusit amplissimus Rector. Tum novi Censores Sacramentum dixerunt inter amplissimi Rectoris manus; Et soluta sunt Comitia. / Fromentin Rector.

Anno dñi 1744, die septimâ Novembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo: Quibus in Comitiis primùm consedit M. Guillelmus-Josephus de Lepine, novus Saluberrimæ facultatis Decanus; et Gabriel-Ludovicus Calabre Perau, novus Galliæ Procurator. 7. Novemb.

1.° Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii M. Jacobus Siffait, Acol. Ambianensis. De eo retulit meritissimus Syndicus ac dixit, se vidisse tùm ejus Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore ab eo peracto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, indulgeri præfato supplici.

2.° De Petro Pouchain, Artium Magistro, qui postremis Comitiis supplicaverat pro licentiâ habendi hac in urbe pædagogii sub clientelâ Universitatis, auditâ relatione tùm Mgri Tamponnet, Sacræ facultatis Syndici, tum Mgri Gordon Germaniæ Procuratoris, audito pariter Mgro Venet, Pædagogorum Academicorum Procuratore, sive agente, et super omnibus Mgro Le Neveu, Syndico, Quoniam de præfato Pouchain nonnihil difficultatis esse visum est, Placuit, ejus postulationem in aliud tempus differri.

3.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

4.° Quòd die undecimâ aprilis ultimò præteriti placuerat, ut Magister fontaine, Collegii Trecorensis Procurator sequester, prædiolum, quod habet præfatum Collegium in pago Severensi ad Sequanam, derelictum scilicet à Viduâ Ravé cui locatum fuerat, ipse procuraret, donec bonus et idoneus Conductor reperiretur; Quòdque dictus est ejusmodi Conductor accessisse, postulans in se transferri duos annos, qui supersunt, Pacti Conductitii cum prædictâ Viduâ initi, cum spe certâ novi Pacti in novem annos subsequentes eodem pretio ineundi, Dictum est, é re Collegii Trecorensis esse, ut ille Conductor admittatur ejusque petitioni annuatur: faciendam potestatem Mgro fontaine cum eo transigendi; quod si fiat, ipsum Mgrum fontaine à conditione sibi per conclusionem diei 11.æ aprilis oblatâ et à se susceptâ liberum ac planè solutum fore.

5.° De Testamento Viri Clarissimi D. Legendre, Ecclesiæ Parisiensis Cano=

=sis Canonici, de quo actum est die 7.ª Septembris proximé elapsi, Au=
=ditâ relatione meritissimi Syndici, Visum est, legatum, praemiis distri=
=buendis tribusque Obitibus, ut vocant, instituendis destinatum, vel potiùs
illius legati attributionem à Supremo Senatu Universitati factam, acci=
=pere, ita tamen, ut, si forte lapsu temporis vel casu aliquo praedictum
legatum sive in capite, sive in usuris labefactatum fuerit et imminu=
=tum, non teneatur Universitas de suo adimplere quod defuerit, sed id
tantùm impèdere quod ipsa ex dicto legato percipiet; nec fiat praedictis
Obitibus ac praemiis locus, priusquam ex dicti legati usuris, sive se=
=positis, sive seponendis et congerendis, praeceptum fuerit, quo ipsum
legatum jure Caducitatis exsolvatur. De formâ autem distributionis
praemiorum Scriba Universitatis legit Libellum memorialem, quem
Placuit approbari et Supremo Senatui quamprimùm offerri.

6.° Quòd dixit Mgr Le Neveu, Syndicus, se, cum Rectoris munus
exerceret, curasse ut ab Academico Quaestore persolveretur pars longé
major sumptuum, qui impensi sunt ad prosecutionem tum negotii in=
=ter Universitatem et Chirurgos exorti, tùm litis quam sustinuit ac de=
=fendit Vice-Syndicus de Jurisdictione Academicâ; pauca superesse
exsolvenda. Placuit, rata haberi quae hac in parte facta sunt, et
quae supersunt exsolvenda, ab Academico Quaestore numeranda.

Et ita super his sex capitibus, audito priùs super singulis
meritissimo Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

Cum Rex é gravi morbo recreatus, et expugnatâ in Germa=
=niâ urbe Friburgo, ut antè in Belgio tribus munitissimis Oppidis, vic=
=tor Lutetiam, et inde Versalias, repeteret, mirum, quam effuso animorum
sensu Cives Parisienses Regis dilectissimi reditum celebrare paraverint.
Dedit hac in occasione amplissimus Rector Mandatum, quod sequitur:

Mandatum Rectoris.

13. Novemb. Nos Petrus Fromentin, Universi Studii Parisiensis Rector, Omnibus
Universitatis Doctoribus, Magistris ac Scholaribus Salutem.

Jam Ludovicum non modò vivere, sed et vigere ac restitutis in
integrum viribus frui, novus ille qui subsecutus est rerum ab ipso suscep=
=tarum fortiter, ac feliciter gestarum, cursus ostendebat; eâque unâ re
cum Gallis omnibus Cives Parisini satis beatos se existimabant. Deesse
tamen videbatur ad plenam cumulatamque omni ex parte Regiae Civi=
=tatis laetitiam, ut eâ, quae aliis urbibus obtigerat, felicitate frueretur,
ac sospitis incolumisque Principis praesentes vultus suis ipsa oculis
recognoscere. Ecce tacitis ejus votis occurrit ultrò Rex Optimus;
et, dum pro suâ pietate id ante omnia proponit sibi, ut redux in
Augusto Deiparae-Virginis Templo, cujus tutelae ac patrocinio Reges
nostri et se et Regnum suum singulariter commendarunt, pro tantis,
quae accepit, beneficiis omnium largitori Deo praesens persolvat gra=
=tias, illud etiam mente agitat, ut suum in ipsum amorem non mag=
=nificè magis quam verè testatos Cives benignâ conspectûs sui luce
recreet, ac splendido illo paternae benevolentiae pignore remuneret.
Neque verò id raptim et obiter agere vult Ludovicus; verùm, quò
diuturniorem nobis tantae felicitatis usuram faciat, et avidos Popu=
=lorum oculos explere possit, juvat hunc in urbe Regni Principe,

ceu

ceu Parentem Optimum in dulcissimo charissimæ familiæ sinu, multos com=
=morari dies; quin et oblato à Prætore ac Civibus convivio excipi Rex
bene-popularis non dedignatur. Hinc illi, qui totâ urbe cernuntur, appa=
=ratus superbi atque magnifici: hinc triumphales tot in locis erecti arcus:
hinc Testæ illæ ardentes eo collectæ numero, qui vim ingentem luminis
profundere, et clarissimum mediâ in nocte diem revehere possit; eâ au=
=tem digestæ ac collocatæ elegantiâ, quæ oculos jucundissimé detineat:
hinc pictæ tabulæ, Symbola, Tituli, in quibus quam varié, tam in=
=geniosé alludens Pietas germanos Civium sensus repræsentat: hinc
illa demùm, quæ in omnium oculis ac sermonibus emicat lætitia.
Nimirùm non jam spe ac votis præcipit, verùm præsentem videt
diem illum Lutetia, quo nullus umquam neque pulchrior neque
fortunatior illuxerit, cum Patriæ Parentem ac delicias Regem,
innumerabili plebis partim é portis obviam effusæ ac currum
comitantis, partim urbis vias complentis et obsidentis multitu=
=dine circumseptum, lætissimas inter ignium undique collucen=
=tium flammas, inter festas ac millies iterandas plaudentium
voces, sua ingredientem mœnia exceptura est. Jam quæcumque
egregius Princeps publicæ salutis desiderio accensus pulchra
ac præclara diversis temporibus gessit, quæque singula et ad=
=mirationem moverant et amorem excitarant, ea in mentem
simul redeunt universa; labores, quos suscepit; pericula, quæ
adiit; Urbes, quas expugnavit; flumina, quæ superavit; hos=
=tes, quos repressit. Jam, quas Virtutes belli socias et admi=
=nistras Ludovicus habuit, eas sibi illa videtur cernere Regali
circum adstantes lateri, et augusto pacifici Victoris capiti suam
singulas coronam certatim imponentes.

In tanto tamque legitimo ovantis Civitatis gaudio nefas
sit Juventutem Academicam præcipuo jure non exultare, ac
munificum Parentem, quibus potest plausibus, non excipere.
Itaque ut suavissimo Regis sui aspectu non semel frui possit,
dies sabbati, Lunæ ac Martis, 14, 16 et 17 mensis Novembris
ab omni docendi discendique officio immunes transigi volumus.

Datum in Ædibus nostris Mazarinæis, die Veneris 13.
novembris, anno Dñi 1744.

Die decimâ-septimâ ejusdem mensis Novembris, horis pomeri= 17. novemb.
=dianis, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, singuli cum
adjunctis, Majores Officiarii cum omnibus Apparitoribus, se
contulerunt in Regiam Basilicam, ibique Amplissimus Rector
universitatis nomine Regi de felici suo in urbem reditu rebus=
=que prosperé ab eo gestis gratulatus est. / N. Piat
scriba

Amplissimus Rector et habendam esse Universitatis nomine
Orationem de Rege paræneticam, et quo die quove in loco habenda
esset, promulgavit dato eam in rem Mandato Rectorio quod sequitur.

Mandatum Rectoris.

Nos Petrus fromentin, Universi Studii Parisiensis Rector, omnibus 28. Novemb.
Doctoribus, magistris ac Scholaribus salutem.

Ut primùm Ludovicum é gravissimo, qui ipsum simul

et Galliam

et Galliam oppresserat, morbo recreari ac convalescere cœpisse, faustus ad nos pervenit nuntius, pro tanto confestim beneficio, extraordinariis Supplicationibus habitis, solemnes, ut par erat, supremo Vitæ ac mortis Arbitro gratias persolvimus. Tum Augustissimo Principi in regiam hanc Urbem effusos inter Populorum plausus incolumi simul et Victori nuper reverso restitutam in integrum Valetudinem ac prosperos belli eventus cum cæteris Regni Ordinibus gratulati sumus. Restabat, ut nostra Universitas dulcissimos lætitiæ suæ sensus plenius testaretur, ac geminum illud divinæ in Regem et in Regnum Benevolentiæ pignus dicendo celebraret. Hanc ad rem selectus V. C. M. Carolus Le Beau, in Collegio Grassinæo Eloquentiæ Professor, Orationem totius Academiæ nostræ nomine habebit in exterioribus Sorbonæ Scholis die Jovis 3. Decembris, horâ post meridiem tertiâ. Die autem Veneris sequenti 4. ejusdem mensis solido et integro jubemus scholas nostras feriari.

Datum in Ædibus nostris Mazarinæis die Sabbati 28. Novemb. anno dñi 1744.

3. Decemb. Ergo die Jovis tertiâ Decembris, Academicum Tribunal cum Adjunctis et Apparitoribus omnibus contulit se in exteriores Sorbonæ Scholas, ubi vir clarissimus Mgr Carolus Le Beau eloquentissimam habuit Orationem, præsente supremo Senatu et ingenti aliorum magistratuum, Procerum, Virorumque eruditorum multitudine, quos inter nemo fuit, qui non palam prædicaret, eam Orationem, ut argumenti magnitudine, sic et Universitatis famâ prorsus esse dignam. Ibidem distributa sunt varia Carmina, a viris Academicis in idem argumentum scripta. / N. Piat

5. Decemb. Anno dñi 1744, die quintâ Decembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

1.° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii MM. Joannes-baptista-franciscus Cahours, presb. Constantiensis; Gabriel-Guillelmus de Vezian-Mazade, presb. Tolosanus; Gabriel de Mayol, subdiac. Viennensis; Simon Desfeux, presb. Abrincensis; Ravennus-Petrus halbout, diac. Bajocensis; Et Antonius Boyer, presb. Sanfloriensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo Studii eorum tempore; cæteraque instrumenta d hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderar Audito Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2.° Supplicavit Antonius Guy, Ambianus, in Artibus Magister, pro licentiâ aperiendi hac in urbe pædagogii sub clientelâ universitatis. Dictum est, antequam de illius supplicatione deliberetur, audiendum esse Procuratorem, seu Agentem, Pædagogorum Academicorum de eorum statu ac numero.

3.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et

=ta et Statuta.

4° Quòd dictum est, Redemptores Juris caduci, ut jura sibi ex Testamen=
=to Dñi Legendre provenientia vindicarent et asserent, manus regias
injecisse in reditus tùm Fratrum Minorum magni Conventûs, tùm Patrum
de mercede; dictos autem fratres Minores et Patres de mercede vem in Uni=
=versitatem rejecisse, eique secundùm Juris formulas vitè denunciasse:
Dictum est, Universitatem non posse in præsentiâ cum præfatis Redem=
=ptoribus transigere, cum in professionem Legati non sit inducta; agendum
tamen cum illis, ut ne cuiquam molesti sint, donec res peracta sit.

5° Placuit, delegari meritissimum Syndicum et Scribam Academicum,
qui conveniant Virum Clarissimum M. LeBeau eique significent quam
grata et accepta Universitati fuerit Splendida et eloquentissima Oratio,
quam nuper illius nomine habuit de restitutâ Regi valetudine rebusque
præclarè hoc anno gestis; simulque rogent, ut eam Orationem tradat Typi=
=que typis mandari; accipiat autem ex Erario Academico trecentas Libellas,
non quidem mercedis loco, quæ quidem tanto muneri par esse potest. Sed in
leve grati animi, quem adversus eum Universitas gerit, testimonium.

Et ita super his quinque capitibus, audito primùm super singulis
meritissimo Syndico, concluxit amplissimus Rector./.

Fromentin, Rector.

Die 7.ª ejusdem mensis Decembris, amplissimus Rector et Præ= 7. Decemb.
=clara artium facultas, pro more antiquo, interfuerunt sacro solemni
apud Prædicatores./. Missa

Anno Dñi 1744, die decimâ-quartâ Decembris, habita fuit comitia 14. Decemb.
centuriata Universitatis in Maturinensi.

Primùm in Angulo consessum est, ubi supplicarunt pro Litteris No=
=minationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Carolus-Livinus
du Cauroy, presb. Audomarensis; Hildevertus-Joannes-baptista de Boisa=
=dan, acol. Rotomagensis; et Franciscus-Josephus Berardier, subdiaconus
Parisinus. De his retulit meritissimus Syndicus ac dixit, se vidisse tùm
eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia,
quibus constat de legitimo Studii eorum tempore, cæteraque instrumenta
ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari.
Audito Syndico, placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

Itum est deinde in Comitium, ubi post habitam ab amplissi=
=mo Rectore Orationem, omnes Ordines Academici rata et grata ha=
=buerunt quæ gesta essent in suo trimestri Magistratu et eo nomine Litteras
ipsi debuere commendatitias amplissimumque præbuere Comitatum
vitâ procedenti ad eadem Deo Sacram Sub invocatione S.ª Ursulæ in
Sorbonâ. Pontificem egit M. Gaillandet, Sorbona Junior; Concionem
Sacram ad Populum habuit M. Deshayes, Professor Sorbonicus, eucharis=
=ticam verò ad Pontificem M. Christianus LeRoy, Rhetor Cardinalitius./.

Fromentin, Rector.

Anno Dñi 1744, die decimâ-Sextâ Decembris, horâ decimâ matu= 16. Decemb.
=tinâ, habita fuit in Maturinensi generalia Comitia ordinaria Præclaræ
Artium facultati.

Post habitum ab amplissimo Rectore Orationem, factâ Sup=
=plicandi

De Lambacérés. =plicandi potestate, supplicarunt Stephanus-franciscus de Lambacérés, Acol. Monspessulanus, ut in tribus posterioribus Catalogis philosophicis inscribatur Monspessulanus, non, Monspessulensis, in priore verò Logicorum et utroque Phy= Pierre. =sicorum Stephanus-franciscus, non, franciscus-Stephanus; Ludovicus Pierre, Vincent. clericus Cavnutanus, ut é nomine suo gentilitio detrahatur cognomentum de Borville; Joannes-Remigius-Cristinus Vincent, clericus Catalaunensis, ut in ficquet. priore Logicorum Catalogo pro Christophoro Scribatur Cristinus; Petrus fic= =quet, clericus Parisinus, ut é nominibus suis tollatur nomen, Guillelmus, Chausteux. quod malè sumpsit in posteriore Logicorum et priore Physicorum Catalogis; Nicolaus-Philippus-Josephus Chausteux, clericus Cenomanensis, ut nomina sua d'Harmes. in posteriore Logicorum Catalogo malè ordinata corrigantur, Scribatur ni= =micion Nicolaus-Philippus-Josephus, non, Nicolaus-Josephus-Philippus; fran= =ciscus d'Harmes, clericus Bellovacensis, ut litera, S, nomini suo gentilitio ad= De flahaud de la Billarderie =datur in tribus postremis Philosophica Catalogis, Scribaturque d'harmes, non, d'harme; Carolus-franciscus de flahaud de la Billarderie, clericus Bellovacensis, ut immunis fiat ab onere describendi tum quæ jam dictata sunt in Scholâ Philosophicâ, in quâ auditor est, tum quæ deinceps dictabun= Cuisnier Desbli= =tur, ob insignem virûs debilitatem, quam Scripto testatur M. Col de Vilars, =nieres. Doctor Medicus Parisiensis; Joannes-baptista-Gatianus Cuisnier Des= =blinieres, clericus Turonicus, ut eandem omninò immunitatem consequatur Lallemant. eâdem de causâ, quam Scripto testatur M. Bertin, Doctor Medicus Pari= =siensis; denique Joannes-Claudius Lallemant, clericus Parisinus, ut im= =munis fiat ab onere scribendi ob oculorum aegritudinem, quâ eum conflictari testatur M. Davier de Breville, Doctor Medicus Parisiensis.

Audito meritissimo Syndico, Amplissimus Rector dimisit Na= =tiones ad deliberandum de supplicibus et de Quatuorvirorum confirma= =tione, simulque petiit, ut rata et grata haberentur quæ gessit in suo trimestri magistratu et sibi decernerentur Litteræ Commendatitiæ.

Regressæ Nationes per singulos Procuratores retulerunt, se rata et grata habere quæ gessit Amplissimus Rector in suo trimestri ma= =gistratu eoque nomine litteras commendatitias decernere: indulgere om= =nibus supplicibus: confirmatos à se fuisse Quatuorviros matutinis Comitiis electos, Scilicet ab honorandâ Natione Mgrum Furgault, Profes= =sorem Mazarinæum; a fidelissimâ Mgrum Patin, Professorem atrium Mazarinæum; à Venerandâ Mgrum Brunet, Professorem Navarri= =cum; a Constantissimâ Mgrum Poinsart Professorem Marchianum: denique recognitos a se, et, quantum opus est, confirmatos Deputatos omnes à singulis Nationibus antehac nominatos, qui quod superest= dijudicandum in lite de Jurisdictione Academica prosequantur. Ad= =jecerunt, quod non fuerat ab Amplissimo Rectore in deliberationem missum, singulas Nationes gratulare, ut secum communicaverunt acta et libelli memoriales de instituendâ, quæ proponitur, solemni præmiorum distributione. Et ita concluxit amplissimus Rector.

Cùm Quatuorviri, præstito Sacramento, conclave ingressi sunt, unde degressi per Mgrum Furgault retulerunt, se unanimi suffragio provectos fuisse Rectorio Amplissimo Rectori. Quæ statim proro= =gatio confirmata fuit ab omnibus Nationibus.

Et ita concluxit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

Index

1744.

2.6.

Index

Beneficiatorum, Consiliariorum, Officiariorum, Apparitorum, et Clientium Universitatis juratorum per decursum anni millesimi Septingentesimi quadragesimi-quarti receptorum.

Beneficiati

Nullus Beneficiatus.

Consiliarii

Die octavâ mensis Augusti Sacramentum præstitit Carolus-Michaël Barly, factus Universitatis Procurator et Consiliarius in Curiâ Parla- =menti, loco Michaëlis Barly, Patris sui, demortui. — Barly

Officiarii Majores.

Nullus.

Apparitores.

Nullus.

Librarii

Die vigesimâ Martii Giffart, Librarius, Sacramen- =tum præstitit. — Giffart

Die vigesimâ Octobris Sacramentum præstitere Jacobus-Franciscus Collombat et Vincent, Librarii. — Collombat Vincent.

Papetarii.

Die vigesimâ mensis Martii Sacramentum præstitit Baltazar Dalbaret, pro Officio Papetarii, vacante per liberam abdicationem Antonii Marchand. — Dalbaret.

Magni Nuntii.

Ex Natione Gallicanâ

Die decimâ-tertiâ Januarii M. Petrus Seignaur, Procurator, et Natio Gallicana contulerunt Claudio Bougier, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Papiensi, vacans per obitum Vincentii Coquelin, civis quoque Parisiensis. — Pavie. Bougier.

Die nonâ Aprilis idem Procurator eademque Natio contulerunt Juliano Langlois, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Corisopitensi, vacans per liberam abdica- =tionem Mavei Nau, civis quoque Parisiensis. — Quimper. Langlois.

Die vigesimâ ejusdem mensis Aprilis, idem Procurator eademque Natio contulerunt Ludovico Laudier Duparq, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-jurati pro diœcesi et Archiepiscopatu Compostella- =nensi, vacans per obitum Michaëlis dalaserva, civis quoque Pa- =risiensis. — Compostelle. Laudier Duparq.

Die

S.t Flour. Guillet de la Rochelle.

Die vigesimâ-nonâ Maji idem Procurator eademque Natio contulerunt Jacobo Guillet de la Rochelle, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Sanflorensi, vacans per obitum Nicolai Lehoy, civis quoque Parisiensis.

Spolete. Dufour.

Die vigesimâ Junii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Joanni Dufour, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Juravati pro diœcesi et Episcopatu Spoletanensi, vacans per obitum Claudii Bachereau, civis quoque Parisiensis.

Carente. Laignel.

Die trigesimâ-primâ Julii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Jacobo Laignel, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Archiepiscopatu Carentino, vacans per obitum Jacobi Rolland, civis quoque Parisiensis.

Rieux. Marchant.

Die decimâ-octavâ Augusti, idem Procurator eademque Natio contulerunt Petro Marchant, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Rivensi, vacans per libera abdicationem Edmundi Buffault, civis quoque Parisiensis.

Treguier. Aelocque.

Die vigesimâ-sextâ Octobris Gabriel-Ludovicus Calabre-Perrau, Procurator, ac eadem Natio Gallicana contulerunt Joanni-andreæ Aelocque, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Trecorensi, vacans per liberam abdicationem Petri Piel, civis quoque Parisiensis.

Toulon. Guerin.

Die Septimâ Novembris, idem Procurator eademque Natio contulerunt Stephano-Nicolao Guerin, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Tolonensi, vacans per obitum Christophori Mouton, civis quoque Parisiensis.

Ex Picardicâ Natione

Nullus.

Ex Normanicâ Natione

Lizieux. Chagot.

Die octavâ mensis Maji Nicolaus Huillard, Procurator, ac Normanica Natio contulerunt Petro-francisco Chagot, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Lexoviensi, vacans per liberam abdicationem Juliani Trouffel, civis quoque Parisiensis.

Ex Natione Germanicâ.

Anslo. Amirault.

Die decimâ Januarii Joannes-Nicolaus Lallemand, Procurator, ac Germanica Natio contulerunt Ludovico-henrico Amiraultz, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Anslöensi, vacans per liberam abdicationem Ludovici Judde, civis quoque Parisiensis.

Magdebourg. Du Plessier de franssart.

Die duodecimâ Martii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Carolo-alexandro du Plessier de franssart, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-jurati pro diœcesi et Archiepiscopatu

=piscopatu Magdeburgensi, vacans per liberam abdicationem Claudii
=Roberti Judde, civi quoque Parisiensi.

Die primâ Aprilis, idem Procurator eademque Natio contu=
=lerunt Antonio Bourgeois, civi Parisiensi, munus et officium
Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Viennensi in Austriâ, va=
=cans per liberam abdicationem Petri Benoist, civi quoque Pa=
=risiensis. — Vienne en autriche Bourgeois.

Die vigesimâ-quartâ Julii, Joannes Gordon, Procurator,
eademque Natio Germanica contulerunt Hilario Comiti de
Tilly, civi Parisiensi, munus et officium Nuncii-jurati
pro diœcesi et Episcopatu Dunelmensi, vacans per obitum
Petri Creton, civi quoque Parisiensis. — Duresme. Le comte de Tilly.

Die duodecimâ Septembris, idem Procurator eademque Natio
contulerunt Simoni-Francisco Le faucheux, civi Parisiensi, munus
et officium Nuncii-jurati pro diœcesi et Archiepiscopatu Stri=
=goniensi, vacans per obitum Renati Methieyer, civi quoque
Parisiensis. — Strigonie Le faucheur.

Die vigesimâ-nonâ Octobris, idem Procurator eademque
Natio contulerunt Petro Daniel, civi Parisiensi, munus et
Officium Nuncii-jurati pro diœcesi et Episcopatu Kilmorensi,
vacans per liberam abdicationem Francisci Coqueveau, civis
quoque Parisiensis. — Kilmore. Daniel.

Die vigesimâ-tertiâ Decembris, idem Procurator eademque
Natio contulerunt Nicolao Viot-Roze, civi Parisiensi, munus
et Officium Nuncii-jurati pro diœcesi et Archiepiscopatu
Cantuariensi, vacans per liberam abdicationem Petri-Fran=
=cisci Hesnault des Sablons, civis quoque Parisiensis. — Cantorbery. Viot-Roze.

Finis anni 1744.

N. Prat

Acta
Commentarii et Conclusiones Universitatis Parisiensis per decursum anni millesimi Septingentesimi quadragesimi-quinti.

2. Januar. Anno dñi millesimo Septingentesimo quadragesimo-quinto, die secundâ Januarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo; Quibus in Comitiis consederunt ipse amplissimus Rector D. Petrus Fromentin; M. Joannes Tamponnet, Theologicæ facultatis Syndicus, Decani locum tenens; M. Vincentius Maillot, Juridicæ, et M. Guillelmus-Josephus De Lepine Saluberrimæ facultatis, Decani; M. Gabriel-Ludovicus Calabre-Perau, Galliæ; M. Joannes Quervelle Picardiæ; M. Nicolaus Huillard Normaniæ; M. Joannes Gordon Germaniæ, Procuratores: M. Jacobo Vallette Le Neveu, Syndico, seu Procuratore generali; M. Nicolao Piat, Scribâ; et M. Ludovico-Nicolao Durand Quæstore generali.

1.° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM Guido Boulliotte, clericus Æduensis; Petrus Mirolin, clericus Æduensis; Et Joannes-franciscus le Jumel, diaconus Lexoviensis. De his retulit meritissimus Syndicus ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierant, testimonia, quibus constat de legitimo Studii tempore ab iis peracto, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in Comitiis acta et Statuta.

3.° Comparuerunt M. franciscus Burke, presbyter Clunfertensis in hiberniâ, actu Theologiæ Studens Parisiis, actor, ex unâ parte; Et Thomas Macmahon, clericus hibernus, actu Rhetoricæ ibidem Studens, reus, ex alterâ.

Conquerebatur præfatus Burke, quòd bursam à Jacobo Merik in Collegio Longobardorum Parisiis fundatam in sui præjudicium dictus Mac-mahon possideret; adeòque postulabat, ut ab eâ bursâ depelleretur dictus Mac-mahon, quippe qui conditiones, seu qualitates, à Testatore requisitas non haberet, illa autem sibi adjudicaretur, ut poté cui nulla earum qualitatum deesset.

Contrà dictus Mac-mahon dicebat, se à biennio et amplius dictam bursam possidere, ad eam scilicet ab iis, quibus jus erat, ritè designatum, seu præsentatum, ab iis, quibus pariter jus erat, comprobatum et institutum, ab iis denique, quibus id juris erat, admissum et in possessionem inductum; quibus omnibus ~~et~~ notissimæ sint et Testatoris voluntas et Testamenti

conditiones

Conditiones. Atque adeò postulabat, præfatum Burke de petitione suâ depelli, sibique bursam, quam jure possideat, sartam tectam=que servari.

Auditis Partibus, re in deliberationem missâ, Visum est, non liquere. Itaque, Placuit, ampliari; interim autem institui illius causæ quæsitorem Virum sapientissimum Mgrum Tamponet, sacri ordinis Syndicum, qui Tabulas fundationis dili=genter inspiciat, Partiumque jura accuratè expendat, videat etiam, si necesse fuerit, Contendentium Superiores, ac deinde ad proxima Comitia referat.

4.° Audito Mgro Venet, Pædagogorum Academicorum Pro=curatore, seu agente, de prædictorum Pædagogorum statu et numero, prout in postremis Comitiis conclusum fuerat; audito pariter meritissimo Syndico, Decretum est, nullum Pæda=gogum Academicum intra duos annos proximè secuturos ad=missum iri.

5.° Visa et comprobata est Tabula Virorum Academicorum, qui partem suam Tributi regii viritim impositi apud Urbis Basilicam exsolvere tenentur. Placuit, eam pro more sub=signari.

Et ita super his quinque capitibus, audito priùs super singulis meritissimo Syndico, conclusit amplissimus Rector. /.

Fromentin Rector.

Die Jovis vigesimâ-octavâ ejusdem mensis Januarii, am=plissimus Rector et Præclara Artium facultas interfuerunt so=lemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli-magni in Æde Navarricâ celebrari solet ex institutione V. C. Cæsaris Egasse Duboulay. Dic=ta esset Oratio panegyrica, si dedisset Oratorem Natio Picardica, cujus vices recurrebant. 28 Januar.

Die Veneris vigesimâ-nonâ, Majores Universitatis Offi=ciarii cereos pro more detulerunt minoribus magistratibus. 29. Januar.

Die Sabbati trigesimâ ~~primâ~~, Amplissimus Rector, De=cani, Procuratores, cum Adjunctis, Officiariis majoribus et omni=bus Apparitoribus cereos detulerunt Illustrissimo Franciæ Can=cellario, singulisque supremarum Curiarum Principibus. 30. Januar.

Die primâ februarii, iidem Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum Adjunctis, Officiariis majoribus et omnibus Appa=ritoribus, contulerunt se Versalias, ibique cereos Regi, Reginæ ac Serenissimo Delphino obtulerunt. Ubique Amplissimus Rector orationes habuit tersas ac nitentes, personis et rebus apprimè appositas. Serenissimus Delphinus, cum ad eum itum est, post=quam cereum manu accepit egitque amplissimo Rectori gratias, palàm dixit, Mr. Le Beau est-il là? Cum responsum esset, non adesse, adjecit, J'ai leu sa harangue toute entiere, et je l'ai leüe avec un grand plaisir. Pauca hæc verba statim excepit Illustris=simus Mirapicensis Episcopus ac dixit, Reipsâ Serenissimum Prin=cipem totam perlegisse orationem, nec obiter, sed sensus omnes ri=mando et expendendo; Universam approbasse, præsertim verò cer=tos quos= 1. februar.

=tos quosdam locos, cæteris eminentiores variis fulgentes virtutibus, alios sententiarum lumine verborum magnificentiâ, alios imagi=num veritate et splendore. Serenissimo Principi placere Litteras, sed Litteras bonas et sanas; ac, si quid in iis corruptum et à rectâ ac verâ dicendi scribendive ratione alienum occurrat, statim pro ingenii sui vi deprehendere, et pro judicio, quod est illi suprà ætatem emendatum, repudiare. Hinc illi gratam admodum esse Universitatem Parisiensem, in quâ sciat ac videat incorruptum et sincerum veræ Eloquentiæ et Literaturæ gustum constanter retineri; nec dubium esse velle, quin ipsi, quoties occasio dabitur, lubentissimè faveat. Hæc et his similia quum dixisset Antistes, cœpit velle Amplissimum Rectorem et Universitatem, honoris causâ deducere. Cui quum illicò Rector Amplissimus præ Serenissimi Del=phini reverentiâ obstitisset quominùs ab ejus latere discederet, perrexit ultrà tamen, et inter eundum dixit, se Universitatem pro Serenissimo Delphino et illius jussu deducere, ut et ejusdem jussu dixisse quæ modò, eo præsente, dixisset. Serenissimus Prin=ceps læto ac ridenti vultu annuit, et ipse nos abeuntes oculis humanissimè deduxit. /

3. februar. Die tertiâ ejusdem mensis februarii, amplissimus Rector et Præclara Artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod fit pro Magistris Academicis, vitâ defunctis, apud fratres Prædicatores. /

N. Piat
scriba

6. febr. Anno dni 1745, die sextâ februarii habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

1.° Supplicarunt pro Litteris ~~Magisterii~~ Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii MM. Carolus-Josephus Le Mar=chand, presb. Rotomagensis; Carolus-franciscus Daireaux, presbyter Constantinus; Guillelmus Mazeas, subdiac. Leonensis; Joannes-bap=tista Borde, presb. Aurelius; franciscus Duroisel, presb. Noviomensis; Ludovicus-Carolus-Antonius Baiard, presb. Noviomensis; Et Petrus-Jacobus Billouët, subdiac. Rotomagæus. De his retulit meritis=simus Syndicus ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo Studii tempore ab iis peracto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata con=cedi.

2.° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3.° Quòd vir honestus Baltazarus Dalbaret, unus è Papeta=riis Universitatis, scripto abdicavit suum Papetarii Officium, Placuit, illud conferri viro honesto Nicolao Catillion, præsenti ac postulanti.

4.° Quòd sapientissimus Magister, ac Sacri Ordinis Syndicus, M. Tamponnet, retulit de libello supplice francisci Burke, de quo postremis in Comitiis cognitor fuerat institutus, ac dixit, In omni controversiâ, præsertim si sit generis contentiosi, attendendum esse non minùs ad formam, quam ad ipsam rem; atque adeò, priùs

quam

-quam de re, seu de fundo, quod aiunt, disceptetur videndum mihi=
=mis, an actio rité ac validé instituta sit.

Franciscum Burke petere adjudicari sibi certam quandam Bursam, á M. Jacobo Merik in Collegio Longobardorum fundatam, ideóque postulasse in jus ingenuum adolescentem Thomam mac-mahon, prædicta Burse sive possessorem, sive detentatorem. Antequam quæratur, justamne ac debitam rem postulet, videndum an legiti=
=mé postulet, id est, an ea omnia fecerit, quæ per legem tenetur facere, priusquam licitum ei sit eâ de re quemquam in jus vocare. Ea porró repeti oportere ex ipso fundatorii Testamento, in quo in=
=ter cætera hæc habentur; Veut aussi ledit Testateur, que ledit Etudiant soit recommandé par Mgr Pierre Donnelan, Evesque de Clunfert en Irlande et par Mr. Milere Burke, Doyen del Eglise Cathedrale de Tuam, et par leurs Successeurs; Et sera ledit Etu=
=diant presenté par le Superieur de Conaerie au College des Lombards, et agreé par le Reverendissime Pere abbé de S.te Genevieve.

Tria igitur per hoc Testamentum, præter alia, requiri, ut commendent, seu nominent, tùm Episcopus Clunfertensis, tùm Eccle=
=siæ Tuamensis Decanus: ut Collegio Longobardorum præsentet Conaciæ Præfectus: denique ut approbet Abbas Sangenovefianus. Tres illos gradus necessariò subeundos esse; tripliciem illum ade=
=undum esse hominum ordinem, priusquam ulteriùs iri possit.

Præfatum Burke proferre quidem litteras Patentes tùm Episcopi Clunfertensis, tùm Tuamensis Decani, quibus constat, illum ab utroque fuisse quoquomodo commendatum, seu designatum, nul=
=lum autem proferre actum, quo constet, aures, quod aiunt, neque Præfecti Conaciæ, neque Abbatis Sangenovefiani, pulsatas ab ea fuisse.

Itaque videri sibi, nullamdum præfato Burke dari actio=
=nem in præfatum Mac-mahon.

Audito M. Camponi, Causæ Cognitore, audito ipso fran=
=cisco Burke, audito pariter meritissimo Universitatis Syndico, seu Procuratore generali, Viso Testamento Mgri Jacobi Merik, re in deliberationem missâ, Dictum est, Conditiones præfati Testamenti esse cum fide observandas, atque adeó præfato fran=
=cisco Burke recurrendum esse ad designatos in eo Testamento præ=
=dictæ Burse Administratores et Collatores, Salvâ omninò illi protestatæ viâ Juris ineundi, si se laesum existimaverit.

Et ita Super his quatuor capitibus, audito priùs Super singulis meritissimo Syndico, conclusit amplissimus Rector. J. approuvé la rature d'un mot dans cette Conclusion. //

Fromentin Rector.

Cum esset compertum, advertere Serenissimam Regis his=
=paniarum filiam, Mariam Theresiam, quæ erat Serenissimo Del=
=phino destinata conjux, ac propediem Versalias futuram, Am=
=plissimus Rector, publicæ lætitiæ causâ, Scholas conticescere jussit, Juventutemque Academicam feriari, dato eam in rem Mandato Rectorio, quod sequitur 20. februar.

Mandatum

Mandatum Rectoris

Nos Petrus Fromentin, Universi Studii Parisiensis Rector, Omnibus ejusdem universitatis Doctoribus, Magistris ac Scholaribus, Salutem.

Novus annus novum Galliis idemque Splendidissimum Lætitiæ argumentum objicit. Nimirum Ludovico non satisferat, indefesso illo, quo solet, studio populorum felicitati invigilare, et Gallici Nominis decus tantâ cum laude tueri et amplificare; nisi ut hæc eadem bona quam maximè diuturna essent, et ad alias etiam post se ætates pertinerent, quantum Mortalibus fas est, providerat. Itaque vix ei se ipsum sospitem Suis atque incolumem reddidit et Serenissimo Delphino justam ætatem accessisse videt Rex optimus idem ac Sapientissimus, cum, tot licet publicis distractus curis, ad egregii illius Principis nuptias adjungit animum, qui paternarum Virtutum hæres atque æmulus, ac Gentis spes altera, potentissimo Europæ Imperio Reges, Ludovico autem octo avis heroibus dignos ipsis Nepotes ac Successores debet. Supererat, ut claritate generis et egregiis cum Corporis tum animi ornamentis par tanto Principi Conjux quæreretur. Neque in hoc Regis maximi Sapientia sibi defuit. Convertit se nempe ad Hispaniam, quæ ac multiplici Societatis atque amicitiæ vinculo, et Borbonii, qui in utriusque gentis Regibus fulget, sanguinis communione, et recenti connubio cum ipso conjunctissima, pro Elizabetha, quantum accepit, lætus illico in Chersonesum, qualem optabat, Delphinam reddidit. Nec Princeps Serenissima (quamquam gressus paulum retardat primum Augustorum Parentum ac Patriæ desiderium) non longo itinari libentissimè se commisit, præclaræ Sortis Conscia, ut quæ Sibiæ ac in eam telluremem proficisceretur, ubi non exteram se futuram sentit, ubi pulcherrimi originem sanguinis, ubi Philippi genitoris cunas, ubi avos, ubi tot heroum, unde genus ducit, consecrata ad immortalitatem vestigia ac monumenta reperiet, et eas in Spes atque in ea fata, quibus majora esse nequeunt, et ad eum Conjugem, quo illustriorem amabilioremve nullum nancisci potest. Nec lætitiâ cedit aut hispanica Gallia, aut Serenissimæ Delphinæ Delphinus Serenissimus. Quacumque illa transit, illic plausibus ac magnificis apparitoribus certatim inter se urbes ac provincias reperit, sic tamen, ut ea nonnisi prolixa sint solemnis illius pompæ, quam vel aula Versalica, vel regia Fontainebleavis gerat. Hic verò tardas lenti adventûs moras non patitur; procul ire obviam juvat: quin et gratissimi itineris Ducem Natalem Se Se addoxat amat Ludovicus, et primas exercipiendæ tam charæ Principis partes sibi deposcit.

Tam dulces inter ovantis Lutetiæ fremitus id à nobis jure suo expetat Juventus Academica, sibi ut omnium Ordinum plausibus suos adjungere liceat, suaque in eum Principem exercere studia, qui Musarum nuper nobilissimus Alumnus ac cura dulcissima, earum jam Se præsidium ac columen tam splendidè profitetur. Itaque ut tam legitimis occurramus votis, diem Martis 23. mensis Februarii cæterosque deinceps ad diem usque tertium mensis Martii, qui dies est circensium, Scholas ab omni docendi discendique munere immunes esse volumus.

Datum in ædibus nostris Mazurianis, die Sabbati 20 Febr. anno Dni 1745.

Anno –

Anno dñi 1745, die Sextâ mensis Martii, habita sunt Co=
=mitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem
in Mazarinæo; quibus in Comitiis primùm interfuit M. Joannes Cugnet,
novus Consultissimæ facultatis Decanus. 6. mart.

1°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure magisterii artium
et quinquennii MM. Carolus-Philippus Pullot de la Garde, presb. Parisinus;
Et Carolus Deloynes Dautroche, Subdiac. Aurelius. De his retulit M.
Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras magisterii,
tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo
studii tempore ab iis confecto, cæteraque instrumenta ad hanc suppli=
=cationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico,
Placuit, sua utrique supplici postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis
acta et statuta.

3°. Quòd Majores Artium facultatis Apparitores dicti sunt ex=
=postulare, quòd nihil sibi erogatum fuerit ob delatam à se in Colle=
=gia Academica Orationem, habitam Universitatis nomine, et ejusdem
jussu typis impressam; Dictum est, nihil ipsis deberi ob ejusmodi ope=
=ram, quæ per se levissima sit, et ad quam præstandam ex officio
teneantur. Nihil illis erogandum, salvis in omni re legitimis eorum
juribus.

4°. Digressis Decanis, meritissimus Syndicus ab ornatissimis Procura=
=toribus postulavit ac requisivit, ut, quæ à Supremo Senatu die 29 april.
1670 et anno proximè præterito die 31. Julii sancita sunt de eorum æta=
=te quibus jus datur eligendi Quatuorviros, electionemque tùm eorum, tùm
amplissimi Rectoris, confirmandi, ea singuli in suis nationibus obser=
=vari curent tùm in proximis tùm in aliis deinceps Comitiis, electioni
Quatuorvirorum Rectorisque Amplissimi destinatis, petiitque actum sibi
suæ postulationis dari. Placuit, dari meritissimo Syndico actum quem
postulat.

Et ita super his quatuor Capitibus, audito priùs super singu=
=lis meritissimo Syndico, conclusit amplissimus Rector:/.

Fromentin Rector.

Anno dñi 1745, die decimâ-sextâ mensis Martii, feriâ tertiâ se=
=cundæ in Quadragesimâ hebdomadæ, horâ septimâ matutinâ, habita
sunt pro more antiquo Comitia Universitatis in Maturinensi, ad ape=
=riendum Rotulum. 16. mart.

1°. Placuit, admitti ad Sacramentum Nicolaum Catillion, cui die
6.ª februarii proximè elapsi collatum fuerat Officium Papetarii, vacans
per liberam abdicationem ~~Antonii Marchand~~ Baltazaris Dalbaret. Catillion, Papet.

2°. Audito et requirente M. Le Neveu, Syndico et Procuratore
generali, Placuit, aperiri Rotulum Nominationum.

Et ita super duobus hisce capitibus conclusit amplissimus
Rector./. probatâ liturâ duarum vocum in præsenti conclusione.//.

Fromentin Rector.

Anno

19. Mart. Anno dni 1745, die decimâ-nonâ mensis Martii, habita sunt Comitia centuriata Universitatis in Maturinensi.

Primùm in angulo consessum est, ubi supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii M. Joannes-Pascalis Duvauchel, Subdiac. Ambianensis. De eo retulit M. Le Neveu, syndicus, ac dixit, se vidisse tùm ejus Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat de legitimo Studii tempore ab eo peracto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, indulgeri præfato supplici.

Itum est deinde in Comitium, ubi post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ gessit amplissimus Rector in trimestri suo magistratu eique Litteras commendatitias, et amplum Comitatum præbuerunt rité procedenti ad Ædem Deo sacram sub invocatione SS. Cosmæ et Damiani. Pontificem egit M. Garguy, Doctor Theologus; Concionem sacram ad populum habuit M. Dumont, Doctor etiam Theol. eucharisticam verò ad Pontificem M. Bartholomeé, Grammaticæ Professor in Mazarinæo. /

Fromentin Rector.

24. Mart. Anno dni 1745, die vigesimâ-quartâ mensis Martii, horâ decimâ matutinâ, habita sunt in Maturinensi Comitia generalia Præclaræ artium facultatis ordinaria.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate, accesserunt supplices franciscus-Andreas-Adrianus Pluquet, presb. Bajocæus, ut pro Bajocensi scribatur Bajocæus in priore Logicorum Catalogo: hugo-Jacobus Capeaumont, clericus Suessionensis, ut ne sibi noceat, quòd in priore Logicorum Catalogo non scripserit cujus diœceseos esset: Josephus-Vincentius Gravé, clericus Venetus, ut ex nomine suo gentilitio tollatur cognomentum, la Rive, in omnibus Catalogis: Josephus Ricord, Olyssipponæus, ut in priore Logicorum Catalogo pro Olyssipponensi scribatur Olyssipponæus: Jacobus-franciscus Desplaces, clericus Æduus, ut è nomine suo gentilitio deleatur cognomentum de Charmasse in priore Logicorum Catalogo, et scribatur Æduus, pro, Æduensi, in posteriore: Antonius-Elias Raffeneau de lisle, clericus Parisiensis, ut in Logicorum Catalogis scribatur Antonius-Elias, non Elias-Antonius; Paulus-Bertrandus d'harambure, diac. Turonensis, ut nomen, Bertrandus, aliis nominibus suis adjiciatur in posteriore Logicorum Catalogo: fridericus-franciscus-Ludovicus de Wangen, clericus Argentoratensis, ut immunis fiat ab onere scribendi lectiones Philosophicas, tum quæ jam dictatæ sunt ab incunte hoc anno Academico, quam quæ deinceps dictabuntur, ob gravem oculorum debilitatem, quam scripto testatur M. Busson, Doctor medicus Parisiensis: Et Josephus Champflour, Clericus Claromontanus, ut immunis pariter fiat ab onere scribendi lectiones philosophicas, sive præteritas, sive futuras, ob gravem pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. munier, Doctor medicus Parisiensis.

Pluquet. Capeaumont. Gravé. Ricord. Desplaces. Raffeneau de lisle. D'harambure. De Wangen. Champflour.

Surrexit

1S4 D.L.F. PARIS

Surrexit M. Roze, Grammaticæ Professor in Collegio Sorbonæ Ply=
=sæo, é Normanorum Natione Magister, ac postulavit, ne Mgr Brenet
sederet quasi Procurator Venerandæ Nationis, quippe qui in Comitiis ma=
=tutinis contrà leges electus esset, et ejus electioni ipsâ Natione interces=
=sissent quotquot aderant Professores; dixitque Magister idem Roze, se,
quod postulet, id omnium Suæ Nationis Professorum nomine postulare.

Contrà surrexit M. Ancel, Baccalaureus Theologus, ex eâdem
Normanorum Natione, ac dixit, se, omnium Baccalaureorum Natio=
=nis Suæ nomine postulare, ut idem M. Brenet sederet Procurator,
quippe qui canonicé electus esset.

M. Jacobus Vallette Le Neveu, Universitatis Syndicus ac
Procurator generalis, postquam de Supplicibus retulit, cum de con=
=troversiâ apud Normanorum Nationem motâ sileret, rogatus ab
Amplissimo Rectore et provocatus ut mentem aperiret, dixit, Op=
=tandum profectò esse, ut nullæ lites in Academicis Nationibus ori=
=rentur, aut, si quæ oriantur, statim in ipso ortu ab ipsâ Nati=
=one, ubi natæ sunt, amicé componerentur. Quæ nunc Veneran=
=dum Ordinem agitat, recentem admodum esse, siquidem ante
duas tresve horas excitata sit. Fortasse Venerandam Nationem in
privatis suis, quæ mox habitura est, Comitiis inventuram per se
rationem sedandæ Contentionis et pacis restituendæ. Quòd si lis
perstiterit, tum eundum ad Judices; qui, juxta Senatusconsultum
die 6.ª Junii 1668 factum et à Supremo Senatu die 31. Julii proximé
elapsi provisionaliter, ut aiunt, renovatum, alii esse non possunt
in hac Controversiâ, quam Amplissimus Rector et Ornatissimi Procu=
=ratores, vocatis tamen et consultis antiquioribus ex unâquaque
Natione.

Audito Syndico, Amplissimus Rector dimisit Nationes ad deli=
=berandum de Supplicibus et de Confirmatione Quatuorvirorum matu=
=tinis in Comitiis electorum, simulque petiit ut rata et grata ha=
=berent quæ gessit in suo trimestri Magistratu sibique Litteras Com=
=mendatitias decernerent.

Dimissæ Nationes ac deindé regressæ per singulos Procura=
=tores retulerunt, se rata et grata habere quæ gessit Amplissimus
Rector in suo trimestri Magistratu, eoque nomine Litteras illi decer=
=nere Commendatitias; indulgere omnibus Supplicibus; Et confir=
=matos velle Quatuorviros matutinis in Comitiis electos, scilicet in
honorandâ Natione Mgrum Collin, Grammaticæ Professorem in
regiâ Navarrâ; in fidelissimâ Mgrum Loizel, Baccalaureum The=
=ologum: in Venerandâ Mgrum Huillard, Exprocuratorem; in Cons=
=tantissimâ Mgrum de la Roche, Baccalaureum Theologum.

Tum é Venerandâ Natione Professores feré omnes pro=
=cessere in medium, ac dixerunt, se, ut apud suam Nationem bis
jam intercessisse ne Mgr Brenet pro Procuratore haberetur, ita
etiamnum intercedere, ac postulare jus fieri.

Ergo Amplissimus Rector cum Ornatissimis Procuratoribus,
Syndico et scribâ, secessit in antiquum Comitium, vocarique jussit
Antiquiores Nationum ex unaquâque binos, nimirùm ex honorandâ
Mgros Collot, Tribûs Parisiensis Decanum, et Guerin Turonensis; ex
fidelissimâ Mgros Sencier et Riquier; ex Constantissimâ Mgros

Poinsart

Boinsart, Decanum, et Jnesse; omnes Viros Procuratorios.

Conedérunt Amplissimus Rector et Ornatissimi Procuratores in superioribus Subtelliis, Antiquiores autem á regione Tribunalis Academici in plano in minoribus Sedilibus.

Cum comparuerunt Professores Normanicæ Nationis, ex unâ parte; Et Baccalaurei ejusdem Nationis, ex alterâ.

M. Rouget, Venerandæ Nationis Subdecanus, exposuit, Cum matutina Comitia habita essent pro more Nationis Normanicæ, ut novus Procurator eligeretur; Sitque in usu apud eandem Nationem ut munera et Officia alternatim á Professoribus et Baccalaureis haberentur, Magistrum LeVieil, Philosophiæ Professorem in Montacuto, recurrentibus Professorum vicibus, Supplicasse pro Munere Procuratorio; Supplicasse pariter pro eodem munere Magistrum Brennæi, Baccalaureum Theologum. Frustrá Magrum LeVieil, ac cum eo cæteros Professores, reclamasse, Moresque et Consuetudines Nationis Alternationisque jus in obtinendis Muneribus longo et constanti usu confirmatum invocasse; Baccalaureos, cum numero vincerent, munus Procuratorium præadicto Mgro Brennæi contulisse. Quod cum viderent Professores, statim intercessisse illa electio valeret. Cum ergo Baccalaurei in incepto suo pertinaciter perseverent, necessariò Professoribus confugiendum fuisse ad Forum Rectorium, ut ordini suo servetur jus æquitate fundatum, aliarum Nationum exemplo probatum, fovendæ paci idoneum, et, quod ad rem maximè pertinet, longo et constanti Venerandæ Nationis usu roboratum ac confirmatum; atque adeò pro lege habitum. Hic de causis, Professores Normanicæ Nationis postulare, ut electio Magistri Brennæi pro nullâ habeatur; Magistro autem LeVieil, Professori, qui recurrentibus Ordinis sui vicibus munus Procuratorium, factâ pro more Supplicatione, postulavit, munus illud adjudicatur.

Contrá Baccalaurei Venerandæ Nationis, verba faciente Mgro Ancel atque etiam nonnullis aliis, multa dixerunt, quorum Summa hæc fuit, Venerandam Nationem non Scriptis legibus, sed usu et consuetudine regi et gubernari: usus autem suos suasque Consuetudines posse per se ipsam mutare. Unum esse, quod inter ejus Consuetudines longè principem locum habeat, quodque illi sit valuti primaria et sacratissima lex, nempe ut quod pluralitate suffragiorum in Comitiis ejus actum est, id ratum sit et Statutum. Adversarios multis ac magnificis verbis extollere et pro invicto argumento ponere jus Alternationis, quod unam ex Normanicæ Nationis Consuetudinibus esse contendant. Se fateri quidem, Magistratus et Officia Nationis á Professoribus et Baccalaureis alternatim, ut pluribus, haberi; Sed non concedere, id esse in usu perpetuo ac constanti positum; imò non dubitare, quin multa in Commentariis Nationis reperiantur exempla, quibus ille qualiscumque usus revinci possit. Itaque, si usus ille apud Venerandam Nationem sit incertus: Si eadem Natio usus suos, etiam certos, mutare per se potest: si denique apud eam nullus usus antiquior, nullus sanctior, quam ut, quod in suis Comitiis pluralitate suffragiorum statuit, id suum sortiatur effectum, se postulare, ut, quem Mgr Brennæi longè majori suffragiorum numero electus sit Procurator, electio illa vim suam habeat, atque adeò Professorum

de petitione

de petitione Suâ dimoveantur.

M. Jacobus Vallette Leteveu, Universitatis Syndicus ac Procurator generalis, postquam retulit utriusque Partium petitiones, dixit, Nullam Societatem stare posse sine legibus, sive illæ Leges in Tabulis consignatæ sint, sive per manus traditæ et in moribus tantùm et Consuetudine positæ. Non dubitandum quin quævis Societas, quas sibi leges ipsa fecit, quos usus admisit, possit ipsa abrogare, derogare; sed cum maturo consilio, non recentino animorum impetu; cum omnium, aut ferè omnium, consensu et ponderatis ante commodis et incommodis, non ad eorum tantùm arbitrium quibus in præsentiâ favet ea abrogatio, etiamsi majorem Societatis partem efficiant; nec in ipso temporis articulo, quo favet. His universim positis, Si apud Venerandam Nationem nulla lex, aut Consuetudo vim legis habens, derogavit juri antiquo ac communi, quo et ipsa et Nationes aliæ Procuratores suos eligebant indiscriminatim, nullâ habitâ ratione Regentes-ne essent, an non-Regentes; nihil dubii esse, quin Magister Brennet, qui majorem suffragiorum partem tulit, ritè et canonicè sit electus. Sed ecce Regentes omnes dictæ Nationis intercedere, ac contendere, jus alternationis inter Regentes et non-Regentes in obtinendis muneribus, quod in aliis Nationibus per Statuta constitutum est, jamdudum inter Venerandæ Nationis Consuetudines receptum fuisse ac hactenùs instar legis habitum. Ex alterâ parte Baccalaurei fateri quidem alternationem illam, ut plurimùm, in usu esse; sed negare usum illum satis firmum esse, ut vim legis obtinere possit. Hîc ergo causa cardinem poni, an jus illud alternationis apud Venerandam Nationem usu receptum sit; et usu quâ talis sit, ut pro lege haberi debeat. Sciri autem illud non posse nisi ex inspectione Tabularum Venerandæ Nationis; quas consulere ac evolvere neutris profectò Partibus tam brevi temporis spatio licuisse. Nihil igitur in præsentiâ definitivè, quod aiunt, judicari posse, sed tantùm provisoriè.

Porrò in hoc provisorio judicio habere Amplissimum Rectorem Ornatissimosque Procuratores, quod in pronuntiando sequantur. Nimirùm hunc esse morem in omnibus ferè Academicis Ordinibus, ut cum de Magistratûs alicujus electione lis exoritur, munus, de quo contentio est, ab eo geratur, à quo gerebatur antè litem exortam, donec lis dirempta fuerit. Pro illo more, se existimare dandum esse tempus Partibus Contendentibus, ut suas causæ momenta ac instrumenta quærant ac proferant; interim retinendum in Procuratorio munere Mgrum. Huillard, Exprocuratorem.

Cum rogati sunt ab Ornatissimis Procuratoribus Antiquiores Nationum suarum, ut super eâ re quid sibi videretur exponerent. MM. Collot et Guerin, Nationis Gallicanæ antiquiores, dixerunt videri sibi nihil adjici posse ad ea quæ dixisset meritissimus Syndicus, seque cum eo sentire. Idem dixerunt aliarum Nationum antiquiores.

Auditis Partibus, audito meritissimo Syndico, auditis pariter Antiquioribus Nationum, Amplissimus Rector misit rem in deliberationem

=liberationem apud Ornatissimos Procuratores.

Censuit Ornatissimus Galliæ Procurator, dandum esse Partibus tempus quærendi momenta et instrumenta suæ causæ; interim adjudi=candum per provisionem munus Procuratorium Magistro Brennet.

Ornatissimi Picardiæ et Germaniæ Procuratores Censuerunt non posse rem definitivé judicari, priùsquam de usu Normanicæ Natio=nis constiterit: Dandum esse Partibus tempus, ut Titulos, momenta et instrumenta ad jus suum pertinentia conquirant; Interim Procuratorium munus exercendum a Mgro huillard, Exprocuratore, aut, eo absente, ab eo qui Procuratorium munus proximé gesserit. Et sic conclusit Amplissimus Rector.

Amplissimus Rector, cum in Comitium commune reversus esset, ju=dicium hoc à se pronuntiatum exposuit. Deinde vocavit ad Sacramen=tum Quatuorviros: qui statim ingressi in Conclave et paulò post digressi per Mgrum Collin retulerunt, se unanimi consensu fasces Rectorios prorogasse Amplissimo Rectori; fuitque illa prorogatio ab omnibus Na=tionibus probata et confirmata. Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

3. April. Anno dni 1745, die tertiâ mensis Aprilis, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Ma=zarinæo; Quibus in Comitiis Mgr huillard munus Procuratorium Na=tionis Normanicæ exercuit, juxtà Judicium provisorium Amplissimi Rec=toris et Procuratorum die 24 Martii factum; primùm autem sedit M. franciscus-Nicolaus Varin, Grammaticæ Professor in Marchiano, novus Germanicæ Nationis Procurator.

1.° Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii M. Andreas Jonnard, Subdiac. Ebröicensis. Deæo retu=lit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus Litteras Ma=gisterii, tum Professorum, quos audivit testimonia, quibus constat de legitimo Studii tempore ab illo confecto, cætevaque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, annui Supplici.

2.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

16. April. Die decimâ-sextâ ejusdem mensis Aprilis supremum diem obiit, annum ætatis agens octogesimum-tertium, Vir clarissimus M. Guillelmus Dagoumer, Nationis Normanicæ Decanus. Natus erat anno 1661 Luveriis in diœcesi Ebröicensi. Confecto Parisiis Studio=rum cursu, ac Magisterium adeptus, relatus est in Album Norma=nicæ Nationis anno 1688. Docuit Philosophiam, primùm in Lexo=væo, deinde in regiâ Navarrâ, ac demùm in Harcuriano; ubique autem multum sibi nominis fecit, tùm ingenii ac Scientiæ famâ,

tùm

tùm docendi ratione, tùm copiosissimâ Auditorum frequentiâ. Nec operam hanc suam intrà Scholarum exercitationes continuit; sed ex Philosophia Corpus in lucem edidit, quod inter optima hujus generis opera à peritis habetur. Supremum Universitatis Magistratum bis obtinuit; primùm a Dionysialibus anni 1711 ad Dionysialia anni 1713. Iterùm à Dion. anni 1723 ad Dionysialia anni 1725. Haud fermè alium in historiâ nostrâ reperias, qui jura Universitatis acriori studio et fortiori animo tutatus sit. Anno 1731, cum abdicasset Provisoris ac Primarii munus, quod in Collegio Harcuriano gerebat ab anno 1712, secessit in Suburbium B. Marcelli; nec tamen suum in Universitatem Studium intermisit, quominùs ei, quandiu vixit, operâ et consilio præsto semper esset. Exegit septemos vitæ suæ annos extrà Parisios in Pago de Curvâ viâ appellato propè pontem Nevitiacum ad Sequanam, ubi mortuus est ac sepultus. J. Bert Scriba

Anno dñi 1745, die vigesimâ septimâ Aprilis, horâ septimâ matutinâ, habita est in Maturinensi Synodus Beneficiatorum Academicorum. 27. April.

Postquam Amplissimus Rector Synodum aperuit, jussit appellari Beneficiatos; quorum Nomina per Universitatis Scribam hoc ordine recitata sunt.

Pastores Ecclesiarum parochialium

M. Christophorus Bellot, Licent. Theol. Pastor Ecclesiæ parochialis SS. Cosmæ et Damiani.

M. Claudius Leger, Magister in artibus, Pastor Ecclesiæ parochialis S. Andreæ ab Arcubus.

M. Joannes-baptista-Antonius Cotelle, Licent. Theol. Pastor Ecclesiæ parochialis S. Germani Senioris; ab Universitate inter Majores beneficiatos ultimò nominatus, designante Venerandâ Normanorum Natione.

Capellani

M. Carolus Tabourin, in Artibus Magister, Capellanus Capellaniæ B. Mariæ in Ecclesiâ parochiali S. Andreæ ab Arcubus.

Capellaniarum Savoësianarum

M. Bertrandus Robine, Doctor Theologus.
M. Franciscus-Carolus Dufour, Doctor Theologus, ex Ecclesiæ Parisiensis Canonicus.
M. Petrus-Stephanus Gourlin, Bacc. Theol.
M. Andreas Potier, Bacc. Theol.
M. Josephus Ravy, Bacc. in Jure Canonico.

Capellaniarum

Capellaniarum de Castellato.

M. Petrus Meurice, in utroque Jure Licentiatus.

M. Julianus Chabrun, Bacc. Theol.

M. Petrus-Maturinus Vaillant, Bacc. Theol. ab Universitate inter minores beneficiatos ultimò nominatus, designante aegrotante fidelissimâ Picardorum Natione.

Capellaniarum de Thesauro regio

M. franciscus Witasse defontaine, Licent. Theol.

franciscus Monchablon, clericus.

Absuerunt MM. Tabourin, Dufour, Ravy, Vaillant, Witasse et Monchablon, qui omnes excusati sunt, praeter Magistros Witasse et Ravy.

Audito M. Letellier, Syndico, placuit, laudari praesentes, ablentes, qui lonticam absentiae causam dedere, excusari, ceteros — muletâ solitâ damnari.

Et ita concluxit Amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

28. April. Anno dñi 1745, die vigesimâ-octavâ mensis Aprilis, horâ post meridiem secundâ, habita fuit in Maturinensi comitia Tribunalis Academiae ad quae praeter Ornatissimos Procuratores vocati sunt antiquiores Natorum Magistri, ex unâquâque bini (ex Gallicanâ MM. Collot et Guillet, ex Picardicâ MM Petit et Riquet, ex Germanicâ MM. Poiman et Jneffe) ad dijudicandam controversiam, in Venerandâ Normanorum Natione de munere Procuratorio exortam inter Regentes ex unâ parte, et Baccalaureos non-Regentes ex alterâ; de quâ controversiâ jam provisorium, quod aiunt, judicium emissum est die 24 mensis martii proximè praeteriti.

Magistri-Regentes protulerunt seriem Procuratorum Venerandae Nationis, è publicis Tabulis exscriptam, quâ quidem serie patet, Munus Procuratorium in dictâ Natione ab annis ferè octoginta gestum alternatim fuisse à Regentibus et Baccalaureis. Item conclusiones ejusdem Nationis annis 1708 et 1712 in eam rem factas.

Responderunt Baccalaurei, Tabulas Venerandae Nationis non esse, quod dicunt, in formâ. Imprimis verò contenderunt, quod pluralitate suffragiorum in Venerandâ Natione Statutum sit, id ratum esse debere, nec posse in judicium vocari. Protulerunt Senatusconsultum anni 1692, quo ex duobus de munere Procuratorio contendentibus a Senatu confirmatus est qui pluria suffragia tulisset.

Reposuerunt Professores, contentionem illam fuisse inter

duos

duos Regentes, quorum qui pauciora suffragia tulerat, vendicabat sibi munus Procuratorium jure Antiquitatis. Porrò in venerandâ Nationae nullum antiquitati privilegium dari in petendis muneribus. Ideò recte Senatum ac secundum dicta Nationis usus pronuntiasse, hîc autem agi de certo ac solemni ordine inter Magistros-Regentes ac non-Regentes dudùm constituto, qui minimè gendeat à pluralitate.

Hae ac his similia utrimque dicta sunt ac prolata; postularunt-que Partes, Baccalaurei quidem ut Sancta ac recta remanerent electiones Magistri Brennet, Professores autem ut ea irrita declararetur.

M. Letrieux, Syndicus, dixit, Minimè dubium esse, quin alternatio muneris Procuratorii inter Magistros-Regentes ac non-Regentes eodem ferè tempore constituta sit in venerandâ Natione, quo in aliis Nationibus institui coepta est: id adeò patere ex serie Procuratorum qui ab annis ferè octoginta dictae Nationi praefuerunt. Quod aiunt Baccalaurei, non posse in judicium vocari quod semel Veneranda Natio suffragiorum pluralitate statuit, quia praefata Natio usu ac consuetudine, non scriptis legibus, regatur, id sanè ordini politico repugnare ac experientiâ revinci. Quoties enim contigisse, ut quae in venerandâ Natione suffragiorum pluralitate facta fuerant, ad Academicum Tribunal ab iis, quorum intererat, deferrentur, ac praefati Tribunalis judicio aut confirmarentur, aut rescinderentur. Cujus rei varia protulit exempla. Concludit, postulationem Regentium justam ac legitimam videri.

Audito meritissimo Syndico, auditis etiam antiquioribus Nationum Magistris, placuit Amplissimo Rectori Ornatissimisque Procuratoribus, fieri, quod vocant, Deliberatum.

Itaque cum Partes Amplissimi Rectoris jussu secessissent à Comitio, relictis ac in Mensâ depositis causae suae instrumentis; ipso etiam meritissimo Syndico hîc egresso, res agitari coepta est. Et postquam maturo ac accurato examine fuit perpensa, Antiquiores Nationum Magistri unanimiter dixerunt, Quum constet, Munus Procuratorium apud Venerandam Nationem ab annis ferè octoginta usu perpetuo fuisse à Regentibus ac Baccalaureis non-Regentibus alternatim habitum ac gestum: quum contrà illum Usum ac Morem Magister Brennet, Baccalaureus non-Regens, electus sit; quumque adversùs illam electionem totus Regentium ejusdem Nationis Ordo reclamaverit, contestatus sit, intercesserit, atque etiamnum intercedat, jungue ad se hoc anno vi alternationis devolutum repetat ac vendicet, Videri sibi electionem Magistri Brennet, Baccalaurei non-Regentis, stare non posse; atque adeò novam esse instituendam.

Auditis antiquioribus Nationum Magistris, Amplissimus Rector misit rem in deliberationem apud Ornatissimos Procuratores, ac de illorum sententiâ Decretum est, habenda esse quamprimùm nova Venerandae Nationis Comitia: in iis Comitiis eligendum novum Procuratorem; ac quoniam hoc anno recurrant Professorum vices, eum esse ex Regentium numero desumendum; salvâ, nec tamen obstante, quacumque intercessione aut appellatione. Caeterùm hortandam esse Venerandam Nationem, ut, quam voluntatis propensionem hoc

anno

anno Mgro Brennet exhibuit, eam illi in annum proximé venturum, honoris causâ, integram servet, nec alium ab eo, quum primùm re=current Baccalaureorum non-Regentium vices, in Procuratorem eligat. Atque ita conclusit et revocatis in Comitium Partibus pronuntiavit amplissimus Rector./. Fromentin Rector.

8. Maj. Anno dñi 1745, die octavâ mensis Maji habita sunt Comitia ordi=naria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Ma=zarinæo.

1.° Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Josephus Faucheux, Lugdunæus, presb. ordinis Cluniacensis; Nicolaus Le Vassor, presb. Aurelius; Joannes Rousselet, presb. Æduensis; Renatus Anfray, presb. Abrincinus; Nicolaus Guenet, diac. Rotomagensis; Andreas Desfrançois, presb. Viennensis, et Carolus-Nicolaus de la Croix, diac. Rotomagensis. De his retulit M. Le Neveu Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tum Pro=fessorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, legitimum Studii tempus fuisse ab iis peractum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicatio=nem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Pla=cuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3.° Quòd Librariorum Syndicus cum tribus Adjunctis accessit ac dixit, Librarios comprehensos nuper fuisse in iis Artibus, quibus ex novissimis Edictis regiis impositi sint Inspectores, quod sané adversari privilegiis Universitatis, cui Librarii adscriptos se esse glorientur; Quòdque idem Syndicus postulavit, ut Universitas pro maternâ in suos benevolentiâ causam ipsorum suscipiat; De eâ re, audito meritiss. Universitatis Syndico, Placuit, rogari amplissimum Rectorem, ut assumptis secum, quos ipsi visum fuerit ex Academico Tribunali, Comitibus, adeat ad Illustrissimum Franciæ Cancellarium, ad Illustrissimum Ærarii Præfectum generalem, et etiam ad vigilantissimum Urbanæ Politiæ Proprætorem, iisque, oblato eam in rem Memoriali libello, rem causamque com=mendet Librariorum, cum ii sint Universitatis Officiarii et Clientes.

4.° Quòd dixit M. Durand, Universitatis Quæstor generalis, repa=rata fuisse quædam in Domo Picardicæ Nationis, quæ vehementer laborabant; nec potuisse priùs consuli Academicum Tribunal ob urgentem nimium necessitatem; Placuit, probari quod à prædictâ Na=tione hac in re factum est.

5.° Quòd admonuit idem Quæstor, nonnulla esse reficienda tùm in Collegio Sanbarbarano, tùm in Academicâ Domo San-jacobæanâ, Pla=cuit ea refici de consilio peritorum.

6.° Quòd dictum est, ædes Collegii Hubantini gravissimé laborare, adeò ut ruinæ periculum immineat, nec dubitandum esse quin rei Viariæ Præfecti pro suo officio civium saluti hac in parte propediem consu=lant. Huic porró malo succurrere nec facile esse, nec expeditum

in

in perditis ac prope deploratis, quod sciunt omnes, ejus Collegii rebus, ad hæc id accedere incommodi, quòd, cui commissa est a Supremo Senatu illius Collegii sequestra procuratio, is pro suis aliis occupationibus exhibeat se in hac re negligentiorem. Illum, ex quo procurationem illam suscepperit, nullas dum reddidisse accepti et expensi rationes. præterea dici Primarium adeò rixosum esse ac molestum, ut plerique inquilinorum alio commigrare maluerint, inde plurimas ædium partes desertas ac vacuas relinqui. De hæc, dictum est, si veniat ab rei Viariæ Præfecto aliqua jussio, eam esse Creditoribus denuntiandam: adjiendum Procuratorem Sequestrum ad rationes reddendas, ac, si fieri necesse sit, curandum ut alius ei substituatur: etiam postulandum, ut Primario, pro domicilio quod ipsi attributum est, domicilii pretium assignetur, ut ipse cogatur extrà Collegium habitare.

7.° Lecta est Regia Declaratio hoc ipso die in publicum emissa, quâ Patronis Ecclesiasticis fit potestas mensibus Januario et Julio assumendi ad ea beneficia, quibus animarum cura incumbit, non ex Graduatis-Nominatis ac requirentibus antiquiorem, quod jubent Concordata, sed ex iis quemcumque ipsis Patronis visum fuerit. Placuit, super eâ re quid fieri deceat, consuli.

8.° Placuit, diem hujus mensis decimum-nonum audiendis Quæstoris Academici rationibus constitui.

Et ita super his octo capitibus, audito priùs super singulis M. Letrosne, Syndico, concluxit amplissimus Rector./.

Fromentin, Rector.

Anno Dñi 1745, die decimâ-nonâ mensis Maji habita sunt Comitia Deputatorum et Adjunctorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo ad exigiendas rationes Accepti et Expensi ab Universitatis Quæstore per annum 1744. 19 maj.

1.° Auditis probatisque Rationibus, compertum est superesse ex Accepto Summam mille et ducentarum-quinque libellarum cum octo assibus et novem denariis; quam Summam placuit inter præcedenti Quæstoris manus relinqui in sumptus ordinarios impendendam.

2.° In iisdem Comitiis iterum verba facta sunt de novissimâ Regis Declaratione ad Graduatos spectante. Visa est ea res gravissimi esse momenti; atque adeò placuit, nominari in singulis Ordinibus Academicis Viros selectos, qui in eam serio incumbant.

Et ita super his duobus capitibus, audito priùs super utroque M. Letrosne, Syndico, concluxit amplissimus Rector./.

Fromentin, Rector.

Die vigesimâ-quintâ ejusdem mensis Maji amplissimus Rector contulit se cum Academico Tribunali in aulam Majorem Collegii Mazarinæi, ubi M. Ludovicus Petit, humanitatis in eodem Collegio Professor publicam de re Litterariâ Orationem habuit./. 25. maj.

Briat univ. Scribæ

Anno dñi 1745, die quintâ Junii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. Quibus in Comitiis primum interfuere M. Adrianus-Mauritius Dufrocq, novus Procurator Picardicæ Nationis, et Romanus Levieil, Normanicæ.

1° Supplicarum pro Litteris Nominationis sive Magisterii artium et quinquennii MM. Philippus-Petrus le Tellier, presb. Bajocensis, et Jacobus-Claudius Briand-de-Fortbois, clericus altissiodorus. De his retulit M. Letheveu, Syndicus, ac dixit, Savidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat de legitimo Studii eorum quinquennalis tempore, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, Suæ præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Quòd Petrus Bouchain, in artibus Magister, qui die 3. Octob. 1744 Supplicaverat pro licentiâ habendi hac in urbe Paedagogii sub clientelâ Universitatis, et cujus postulationem die 7. Novemb. Placuerat in aliud tempus differri, quoniam de eo nonnihil difficultatis esse videbatur; iterum accessit idem postulans, De eâ re, audito Magro Venat, Paedagogorum Academicorum Procuratore, sive Agente, viro decreto die 2 Januarii proximè elapsi facto, quo Statuitur Nullum Paedagogum Academicum intrà duos annos proximè secuturos admissum iri, Dictum est, præfatum Bouchain non posse ante illud tempus admitti.

4° Placuit, audiri rationes Accepti et Expensi à Magro Fontaine Collegii S. Michaëlis Procuratore sequestro. Priusquam autem audirentur, exposuit meritissimus Syndicus, à tribus annis multum operæ et assiduitatis, multum temporis adhibitum fuisse à præfato Magro Fontaine in promovendis variarum dicti Collegii domorum sive extructionibus, sive reparationibus; illum toto hoc triennio ab operariis ferè non abcessisse; quin et sæpè de suo pernumerasse pecunias sat grandes, ne Collegium mutuo sumere æs alienum cogeretur: æquum videri, ut aliquid remunerationis ob impensos extra ordinem labores ipsi retribuantur. Audito Syndico, Placuit, sexcentas libellas extrà ordinem per modum remunerationis ex prædicti Collegii ærario attribui præfato Magistro Fontaine.

Deinde audita et probata sunt ejusdem Magistri Fontaine Rationes.

5° Placuit, Universitatis Supplicationes ad diem hujus mensis vigesimam-primam indici.

Et ita

Et ita super his quinque capitibus, audito priùs super singulis M. Leneveu, syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

Anno dñi 1745, die vigesimâ-primâ mensis Junii, habita sunt Comitia centuriata Universitatis in Maturinensi. 21. Jun.

Primùm in angulo consessum est; ubi, factâ supplicandi potestate, supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii frater Joannes-franciscus Chesnot, Carnutæus, presbyter Ordinis Cluniacensis. De eo retulit M. Leneveu, syndicus, ac dixit, se vidisse tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat cursum studii quinquennalem fuisse ab eo ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. audito syndico, placuit, præfato supplici, quod postulet, concedi.

Dixit Sacramentum inter amplissimi Rectoris manus Joannes-franciscus Grosse, minor Germanicæ Nationis Apparitor, suffectus videlicet ab eâ Natione in locum francisci Shée, qui et ipse francisco Grosse, majori, dum viveret, apparitori, ab eâdem Natione suffectus est. Shée Grosse apparitores.

Itum est deinde in Comitium, ubi post habitam ab ampliss. Rectore Orationem omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæcumque gessit in suo trimestri magistratu ipsique Litteras commendatitias decrevere, simulque amplum Comitatum exhibuerunt ritè procedenti ad eadem Deo sacram sub invocatione S. Victoris apud Canonicos Regulares Abbatiæ regalis S. Victoris extrà muros

Pontificem egit M. de la fleuterie, Doctor Theologus: sacram Concionem habuit M. Tamponnet, Theologicæ facultatis item Doctor et syndicus; eucharisticam verò ad Pontificem M. furgault, Litterarum in Mazarinæo Professor.

Fromentin Rector.

Anno dñi 1745, die vigesimâ-tertiâ Junii, habita sunt Comitia gñalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi. 23. Jun.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate, supplicârunt Nicolaus Touzé, clericus Silvanectinus, ut pro, Silvanectensi, scribatur Silvanectinus in posteriore Logicorum Catalogo et priore Physicorum: Joannes-Josephus faucheux, Lugdunæus, presb. Ordinis Cluniacensis, ut nomen diœcesis, quod omisit in priore Logicorum Catalogo, reponatur: Joannes-franciscus Chesnot, Carnutæus, presb. Ordinis Cluniacensis, ut pariter nomen diœcesis, quod in posteriore Physicorum Catalogo et priore Logicorum non scripsit, restituatur: Sebastianus Michel, cleric. Parisinus, ut in utroque Physicorum Catalogo pro, Parisiensi, inscribatur, Parisinus: franciscus-Joannes-baptista Racine, diac. Noviomensis, in artibus Magister, ut Touzé faucheux Chesnot Michel Racine

dicatur

dicatur, non Joannes-baptista-franciscus, sed franciscus-Joannes-baptista, tum in omnibus Catalogis, tum in Litteris Magisterii aliisque actis quibuscumque Academicis: Guillelmus le Leon, Acol. Corisopitensis, ut in utroque Logicorum Catalogo pro, Cornubiensi, scribatur, Corisopitensis; et in omnibus Catalogis aliisve actis quibuscumque Academicis praeponatur particula, le, nomini suo gentilitio: Joannes-baptista Anthoine, Tullensis, ut ne sibi noceat quod nomen suum non inscripserit in posteriore Physicorum Catalogo, morbo scilicet domi retentus quo tempore confectus est ille Catalogus, quod scripto testatur Vir Clarissimus M. Poirier, cujus lectiones excipit.

Le Leon

Anthoine.

Audito de his supplicibus M. Le Neveu, Syndico, Amplissimus Rector dimisit Nationes ut de iis deliberarent, confirmarentque Quatuorviros matutinis Comitiis electos. Petiit insuper, ut rata et grata haberentur quae in suo trimestri Magistratu gessit, sibique Litterae commendatitiae decernerentur.

Nationes à privatis deliberationibus regressae per singulos Procuratores retulerunt, se rata et grata habere quae gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eoque nomine Litteras illi commendatitias decernere: supplicibus omnibus indulgere: Confirmari Quatuorviros matutinis Comitiis electos, videlicet in honorandâ Natione Mgrum Laforgue; in fidelissimâ Mgrum Riquer; in Venerandâ Mgrum David, in Constantissimâ Mgrum Innesse: supplicibus autem omnibus indulgere.

Qui quidem Quatuorviri, praestito prius solemni Sacramento, Conclave ingressi sunt, moxque digressi per Mgrum La forgue retulerunt, se fasces Rectorios M. Petro fromentin prorogasse; quae prorogatio statim ab omnibus Nationibus confirmata fuit.

Et ita in omnibus conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

3. Jul.

Anno dni 1745, die tertiâ mensis Julii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinaeo.

1.° Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure magisterii Artium et quinquennii MM. fabianus-David Robert, presb. Rotomagaeus; Petrus-Guillelmus Le Cordier, presb. Parisinus; et Ludovicus-Carolus Cathlin, presb. Parisinus. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de completo ab iis Studiorum quinquennio, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, sua praefatis supplicibus postulata concedi.

2.° Lecta et recognita sunt quae fuerant in Comitiis superioribus acta et statuta.

3.° Accessit M. Grillet, Collegii hubantini Primarius, ac diu multifariámque prolocutus huc tandem evasit, ut vehementer conquereretur de D. Renard, dicti Collegii Procuratore sequestro, quód, se immonito, nedum consulto, magnam trabium congeriem sustinendis dicti Collegii muris, aliquantum laborantibus, apponi jusserit eâ multitudine, tam intrà quam extrà Domum, ut densissimae silvae speciem referant. Subjecit meritissimus Syndicus, mirum sané videri, quód cum praedicti Collegii hubantini res adeò propriè ad universitatem spectent, sive quód inter illius Collegii Creditores principem habet locum, sive quód

illius

I.S.A. D.L.P. PARIS

illius, sicut et cæterorum Collegiorum, primarium regimen ad eam pertinet, ipsâ tamen inconsultâ, præfatus Renard ejusmodi rem susceperit, quæ magnos sumptus importatura videatur: Se jam superioribus in Comitiis conquestum esse de negligentiâ prædicti Renard, qui, ex quo dicti Collegii procurator est, vix illud ter quaterve adierit, nec ullas dum accepti et expensi rationes reddiderit: his profectò incommodis, in grave tùm Creditorum tùm ipsius Collegii detrimentum vergentibus, remedium esse quærendum. Audito meritissimo Syndico, Dictum est, adigendum esse præfatum Renard ad rationes reddendas, et, si fieri potest, à procuratione dicti Collegii amovendum; obstandumque ne impensis inutilibus dictum Collegium obruatur. Ne quid autem temerè fiat, consulendos esse Advocatos et Procuratorem Universitatis forensem, et de eorum consilio agendum.

Et ita super his tribus capitibus conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

Anno dñi 1745, die Septimâ Augusti, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. 7. aug.

I°. Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure magisterii artium et quinquennii MM. Antonius Le Sert, diac. ambianensis; Amatus favre, acol. Anneciensis; Antonius Cussac, presb. Sanfloriensis; Claudius-henricus-Maria fauvellette, presb. Meldensis; Claudius-Gabriel Moreau, cleric. Bizuntinensis; Carolus Walmesley, diac. Anglo-benedictinus; Claudius Berthe, presb. Noviomensis; Claudius-franciscus La forcade, diac. Æduensis; Christophorus Dumas, diacon. Claromontanus; Claudius-franciscus Houpin, diac. ambianus; Claudius Daudin, diac. Bellovacensis; franciscus-Nicolaus Charbuy, cleric. Parisinus; franciscus-Petrus fournier, cleric. Rotomagensis; franciscus-Josephus Quenard, diac. Aurelianensis; franciscus-Joannes-baptista Racine, diac. Noviomensis; Guillelmus-Ursinus Massinot, acol. Suessionæus; Gabriel Prevost-de Montaubert, diac. ambianensis; Gabriel-Claudius Danse, acol. Bellovacus; Hector-Bernardus Droüas-de Boussey, diac. Æduensis; Josephus Chevans, presb. Claromontensis; Joannes-baptista Bottey, presb. Rotomagæus; Joannes Clarac, acol. Tarbiensis; Jacobus Crook, presb. Anglo-benedictinus; Josephus Garrigues, cleric. Ruthenus; Jacobus-Philippus Lemaire, diac. ambianensis; Jacobus-franciscus-Cæsar Michel, cleric. Constantiensis; Jacobus Bourdon, diac. Bellovacensis; Joannes-baptista-Josephus Dubois, presb. ambianus; Josephus Lebrun, acol. Ambianensis; Joannes-baptista-Antonius Despostz, diaconus Meldæus; Joannes-baptista Davoigneau, acol. Senonensis; Joannes-Placidus Billonnois, diac. Corisopitensis; Jacobus-Renatus Bigeon, diac. Cenomanensis; Joannes-baptista Perrouquet-Duclos, diac. Parisiensis; Joannes Ribaud, subd. Claromontensis; Joannes Mutel, subd. Lingonensis; Joannes-Ludovicus L'homond, presb. Noviomensis; Jacobus Beauchent, presb. Rotomagensis; Joannes-Josephus flouval, diac. Claromontensis; Joannes-baptista Grandmengin, cleric. Tullensis; Joannes-Michaël Carlier, diac. Noviomensis; Joannes-baptista Laurencel, acol. Sagiensis; Josephus Tausserat, subd. Suessionensis; Ludovicus-Paulus-franciscus Le Cointre, cleric. Carnotensis; Leonardus-Gregorius Morné, clericus Parisinus; Ludovicus-Carolus Du Plessis-dargentré, acol. Redonensis; Lazarus Guillemardet, presb. Æduensis; Ludovicus Caillet, acol. Senonensis; Marcus-Antonius D'auvergne, presb. Parisiensis; Michaël-Josephus Rappe, diac. Boloniensis; Nicolaus flamant, presb. Meldensis; Nicolaus-franciscus Deuel, acol. Rotomagæus; Nicolaus Vauthier, subdiac. Catalaunus

=launus; Nicolaus Sevestre, cleric. Carnotensis; Petrus Tournair, subd. Parisiensis; Petrus Judæ, presb. Redonæus; Petrus Meurizet, presb. Remensis; Petrus Cor=naille, diac. Novionensis; Petrus Vergeat, cleric. Suessionensis; Petrus Gillot, presb. Eduensis; Romanus Tesson, subd. Rotomagensis; Robertus Daguet, diac. Nivernus; Remigius Lemaire, subd. Catalaunensis; Renatus-Anto=nius Mellet, subd. Parisiensis; Stephanus Mestivier, subdiac. Blesensis; Vincentius Bardy, acol. Lemovix.

De iis retulit M. Letellier, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litte=ras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de quinquennio Studiorum ab iis confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplii=cationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Excepit tamen Vincentium Bardy et Petrum Judæa, qui cum nomina sua in aliquibus ac=tis Academicis malè descripserint, debent ea reformanda curare, priusquam Supplicationis suæ beneficio uti possint: item Magri Guillemardet, Lauren=cel, Le Cointre, Beauchesne, et d'Auvergne, qui cum hodiernâ die licentia=ti fuerint in artibus, nondum potuerunt Litteras Magisterii habere. Au=dito Syndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi, hac tamen conditione iis, qui à meritissimo Syndico accepti sunt, positâ, ut qui nomina sua malè scripserunt, ea curent emendari; qui verò Litteras Magisterii non protulerunt, ea quamprimum Scribæ Universitatis exhi=beant.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta.

3° Quòd dixit meritissimus Syndicus, murum quemdam interiorem ac transversum in eâ Ædium Sanbarbaranarum parte, quæ vico S. Symphori=ani contigua est, maximè laborare ac videri ruinæ proximum; Placuit, illum murum de Academiæ Architecti Consilio refici.

4° Quòd meritissimus idem Syndicus protulit ac legit Scriptum quoddam, quo Vir clarissimus M. Bernardus Collot, Tribus Parisiensis in Nationem Gallicanam Decanus, in Artium facultate Professor emeritus, antiquus Collegii Sorbonæi Pri=marius, vegalis Ecclesiæ S. Germani de Altissiodoro, nunc verò Ecclesiæ Metro=politanæ Parisiensis, Canonicus, declarat sibi in animo esse bis mille et du=centas libellas annui censûs donare et alendis decem pauperibus Scholaribus, in Universitate Parisiensi Studentibus, conservare; velle autem illius cen=sûs administrationem, quemadmodum et dictorum Scholarium nominationem, destitutionem, et omnimodam dispositionem, esse penes amplissimum Recto=rem et Academicam Tribunal, juntâ leges et conditiones in Donationis ins=trumento apponendas. Dictum est, maximè laudandum esse præfatum Magrum Collot, qui tam præclarâ voluntate erga Bonum publicum rem=que Litterariam affectus sit: rogandos amplissimum Rectorem meritissimum=que Syndicum, ut ipsum honoris causâ adeant, eique propositum tam utile, tam homine Academico et Christiano dignum, Universitatis nomine, gratu=lentur.

5° Quòd dixit meritissimus idem Syndicus, incommodum esse Universitati in Cæremoniis publicis, quæ identidem apud eam fiunt, quòd nullum habeat sibi addictum Cursorem, seu potiùs Nomenclatorem, qui Magnatum ac Ma=gistratuum domicilia cognoscat, ad eorque deducat viros Academicos, —

qui

qui aliquando ab universitate adhibentur ad defevenda programmata, seu invitatorios libellos: unum esse civem Parisiensem, nomine LeBage, hac in re versatum, qui suum offerat operam quoties Universitati libuerit; De eâ re, placuit, assumi prædictum LeBage ad ejusmodi ceremonias, hortandosque Universitatis sive Magistros, sive Scholares, ut illius operâ utantur, tamquam ab Universitate probati et designati ad ejusmodi ministeria.

Et ita super his quinque capitibus, audito priùs super singulis M. Letheveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin, Rector.

14. Aug.

Anno Dñi 1745, die decimâ-quartâ mensis augusti, habita fuit Comitia ? gralia præclaræ artium facultatis in Maturinensi, ad eligendos Examinatores licentiandorum in artibus.

Postquam peroravit amplissimus Rector, Clarissimi Procancellarii appellarunt Examinatores a meritissimis Cancellariis designatos, nimirùm apud B. Mariam M. Joannem-Renatum Chrestien delamasse, Bacc. Theologum, ex honorandâ natione; M. Reiner, ex fidelissimâ; M. Dionysium leRat, Bacc. Theologum, ex Venerandâ; M. Jacobum Kyran, Licent. Theologum, ex Constantissimâ: apud B. verò Genovefam, M. Petrum Augier, Bacc. Theologum, ex honorandâ natione; M. franciscum Dupont, Licent. Theologum, ex fidelissimâ; M. Guenot, Bacc. Theologum, ex Venerandâ; M. Joannem Gordon, Lugdunensem, ex constantissimâ.

Dimissæ ab amplissimo Rectore nationes ad deliberandum ac deinde regressæ per singulos Procuratores retulerunt eligi á se ex eorum Examinatores Licentiandorum in artibus eosdem Magistros, qui fuerunt á meritissimis Cancellariis designati, octo scilicet suprà nominatos. Atque ita conclusit amplissimus Rector. Et continùs inter ejusmodi Sacramentum dixere novi Examinatores, præsentibus Procancellariis.

Digressis Procancellariis, quum amplissimus Rector faciisset Supplicandi potestatem, Supplicârunt Vincentius Bardy, Acol. Lemovic, in artibus Magister, ut dicatur Lemovic, non Lemovicensis, tum in Catalogis, tùm in Litteris Magisterii ac in aliis quibuscumque Academicis; Carolus delaCroyste de Chanterac, Acol. Petrocoriensis, ut cognomentum de Chanterac, quod nomini suo gentilitio præposuit in tribus posterioribus Catalogis, postponatur, ac ubique particula, de, præfigatur nomini, la Croyste: Martialis-Ludovicus de Beaupoil dest Aulaire, Subdiac. Lemovicensis, in artibus Magister, ut pro Lemovic scribatur Lemovicensis in utroque Logicorum Catalogo, in Litteris Magisterii ac in actis quibuscumque Academicis: Petrus Judeá, presb. Redonensis, ut pro Redonensi scribatur Redonensis in utroque Physicorum Catalogo: Joannes-Michaël Ponthault, Cenomanensis, ut noman, Michaël, restituatur nomini suo in posteriorum Logicorum Catalogo: Adrianus Pallas, Subd. Parisinus, ut cognomentum Desausoi è nomine suo detrahatur in omnibus Catalogis aliisque actis quibuscumque Academicis: Joannes-Dionysius Cochin, Clericus Parisinus, ut è nomine suo tollatur cognomentum Duhaussay in utroque Logicorum Catalogo: Rollandus-Thomas Bouillerot, diac. Parisinus, ut dicatur Rollandus

Bardy.

Delacroyste de Chanterac.

De Beaupoil de St. aulaire.

Judeá.

Ponthault.

Pallas

Cochin.

Bouillerot.

=landus-Thomas, non Thomas-Rollandus, tùm in Catalogis omnibus, tum in
Litteris Magisterii alùsque actis quibuscumque Academicis: Simeon-Antonius
Bringaud. Bringaud, Rotomagensis, ut pro Simone dicatur Simeon in priore Logico=
=rum Catalogo: Et Joannes-baptista-Blasius de Beaumont, Madritensis,
De Beaumont. ut pro Blasio-Joanne-baptista inscribatur in omnibus Catalogis Jo=
=annes-baptista-Blasius.

Audito meritissimo Syndico, dimissa Nationes ad deliberandum ac
deinde regressa per Singulos Procuratores retulerunt se omnibus supplici=
=bus indulgere.

Et ita concluxit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

28. aug. Anno dñi 1745, die vigesimâ-octavâ Augusti, habita sunt in ante=
=cessum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum
Rectorem in Mazarinæo.

I°. Supplicârunt pro Litteris Nominationis ejus Magisterii artium ac
quinquennii MM. Franciscus-Alexander Dejon, presb. Bituricensis; Carolus=
=Michael Poulain, presb. Carnotensis; ac Joannes-baptista Defraisse, presb.
Sanfloriensis. De his retulit M. Letellier, syndicus, ac dixit, se vidisse tùm
eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia,
quibus constat de quinquennio studiorum ab eis rité confecto, cæteraque
instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil
desiderari. Audito meritissimo syndico, Placuit, sua gratiâ supplici=
=bus postulata concedi.

2°. Lecta ac recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis
acta ac statuta.

3°. Quòd exposuit unus é Majoribus Universitatis Nuncius, nomine
Biron, sibi litem esse in minore Britanniâ, quam ut ad forum Prætorii
Parisiensis evocaret, suum Nuntii Academici Privilegium secundum juris for=
=mulas obtendisse: nihilo tamen minùs causam suam in adversariorum foro
retineri: orare se ac supplicitèr postulare, ut Universitas cujus maximè
interest privilegium Academicum non infringi, ad causam suam accedat:
De ea re, Placuit, consuli Patronos Academicos, ac, si jus fuerit, in
causam quæ dicti Biron descendere, postquam tamen ille damni infecti
satis dederit.

4°. Placuit, Summam centum ac quinquaginta libellarum pro more am=
=plissimo Rectori in manus tradi, quam Apparitoribus aliisque qui hoc anno
ipsi in negotiis Academicis privatim deservierunt, pro arbitrio suo dividat.

Et ita super his quatuor capitibus, audito prius super singulis M.
Letellier, syndico, concluxit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

9. Septemb. Anno dñi 1745, die nonâ septembris, amplissimus Rector, pru=
=dentissimi Decani ornatissimique Procuratores, una cum adjunctis,
officiariis majoribus ac Apparitoribus omnibus, solemni apparatu con=
=tulerunt se in ædes regias, ut Regem é castris ac militiæ labo=

=ribus

=ribus feliciter reducem salutarent. Ibi amplissimus Rector uni=
=versitatis nomine Principi Victori reportatos ex hostibus triumphos
elegantissimâ oratione gratulatus est.

Antequam autem é Rectoriis Ædibus procederetur, stitit se sup=
=plicem pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii
frater Alexander Goyet, Matisconensis, presbyter Strictæ Observantiæ
Ordinis Cluniacensis. De eo retulit M. Leneveu, Syndicus, ac dixit, se
vidisse tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit,
testimonia, quibus constat de legitimo et quinquennali Studiorum
cursu ab eo confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem
requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo
Syndico, Placuit, supplici, quod postulet, concedi.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

Mandatum Rectoris

Nos Petrus Fromentin, Universi Studii Parisiensis Rector, Omnibus et
singulis ejusdem Universitatis Doctoribus, Magistris, Clientibus et Ad= I. Octob.
=ministris Salutem.

Quæ vota pro Ludovico rursus in Belgium proficiscente publicé
privatimque fudimus, ea nos jam, quidquid efflagitavimus, plenissimé
consecutos, impensiùs ac jure suo admonent, ut maximis iterùm supremo
Numini beneficiis obligati, debitas ipsi gratias persolvamus. Nimirùm,
quod primum ac præ cæteris precati sumus, é Castris atque exercitu
sospes et incolumis rediit Princeps augustissimus, iis laboribus ac periculis
defunctus, quorum recordatio maximum nobis etiamnum horrorem incutit.
Tum verò ita rediit, ut nobilissimæ et fastis Gallicis æternum decus
additurœ expeditionis splendorem clarissimum secum reportarit, et in Po=
=pulorum animis parem lætitiæ admirationem excitarit. Neque enim fieri
potuit, ut ad dulcissimum Regis egregii conspectum non obversarentur
oculis quæ gessit splendida atque magnifica, prælium illud memorabile,
cui nihil, quod ad Victoris gloriam pertineret, ullâ ex parte defuit; hostes non
cæsi solùm ac fugati, sed eò etiam redacti, ut totâ æstate vallis se se ac flu=
=minibus omnique quâ possent locorum opportunitate tuerentur, nostrosque illinc
triumphos spectarent audirentve: urbes quamplurimæ, atque illæ vel situ ac
munimentis, vel armamentariis, horreis, alioque belli apparatu insignes, bre=
=vissimo temporis spatio partim armorum vi expugnatæ, partim consilio ac
diligentiâ de improviso oppressæ: ubique animi statim atque ipso aditu blan=
=dis virtutum illecebris conciliati ac devincti; non tantùm flandria perdo=
=mita; vicinis laté Provinciis injectus terror, vectigalesque ab iis pecuniæ
priùs oblatæ, quam imperatæ: in tam prosperis successibus nulla neque
superbia, neque ambitio; omnia supremo exercituum Domino adscripta
et attributa; eadem semper consilia pacifici Principis nihil aliud in Vic=
=toriâ quam publicam felicitatem consectantis. Hac tantâ rerum pulcher=
=rimarum luce circumfusum Ludovicum incredibili civium frequentiâ
ac studio Urbs hæc regia nuper excepit et festâ ac geniali multorum die=
=rum pompâ, atque effusis omnium Ordinum gratulationibus, eximiis Re=
=gis carissimi virtutibus pretiosum sinceri amoris vectigal rependit. Sed
et illud ovanti Lutetiæ spectaculum fuit non pulchrius quam dulcius,

cum

cum regali in curru laureato Genitori assideret Serenissimus Delphinus et ipse laureatus, primo ætatis flore conspicuus, collecto ex ipsis militiæ laboribus robore vigens, egregio fortitudinis specimine clarissimus ac bellicas ad artes paternis simul exemplis ac triumphis informatus. His adducti causis mandamus Vobis ac præcipimus, ut memores juris jurandi, quo Vestram fidem Academiæ obstrinxistis, die Jovis 7.° mensis Octobris, horâ ipsâ octavâ matutinâ adsitis apud Maturinenses, quorum in æde sacrâ cantabitur Hymnus Te Deum. Inde procedemus ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Andreæ ab Arcubus, ubi a Summo bonorum omnium largitore Deo cum ea, quæ solemus, efflagitabimus, tum illud præsertim, ut Regem optimum incolumem tueri pergat, et, quam ipse iteratis expostulavit votis, pacem Europæ concedere tandem velit. Ut autem commissa Nobis Juventus suâ communis lætitiæ parte non careat, postquam die Lunæ 4.° hujus mensis solemne sacrum de more Spiritui sancto celebratum fuerit habitaque in Scholis solita oratione, jubemus reliquam hebdomadam ab omni docendi discendique officio immunem transigi.

Datum in ædibus nostris Mazarinæis die Veneris 1.° mensis Octob. anno dñi 1745.

2. Octob. Anno dñi 1745, die secundâ Octobris, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

1.° Supplicarum pro Litteris Nominationis pro Magisterii Artium et quinquennii MM. Josephus Chastagnac-de Bostavion, subd. Lemovix; Carolus-Jacobus Crozat de Thorigné, acol. Parisinus; Joannes de Cassaignau, subd. Narbonensis; Franciscus Barbeu du Boullay, subd. Cenomanensis; Josephus Dorat, acol. Lemovix; Petrus Hubert, acol. Parisinus; Bernardus de Brocha, presb. Aquensis; Avitus Grelliche, acol. Claromontensis; Guillelmus de Saint, cleric. Cabillonensis; et Ludovicus-Samuel de Tascher, acol. Sagiensis. De his relatis M. Leteveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii quinquennis cursum ab iis fuisse confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3.° De Bernardino Biron, Nuncio Universitatis Jurato pro Diœcesi et Episcopatu San-Claudiensi, qui die 28 augusti proximè elapsi postulaverat, ut sibi causam quandam suam é minore Britanniâ ad Prætorium Parisiense evocare conanti Universitas auxilium adjungeret, meritissimus Syndicus retulit, Patronos Academicos á se consultos, inspectâ causæ naturâ et omnibus adjunctis, censere, Universitatem non secus prudenter facturam, si ad eam accedat. Dictum est, Universitatem causæ prædicti Biron non subscripturam. Si tamen ille de legitimo foro apud Sacrum hujus Consistorium litiget, eam ipsi commendatione et quibus poterit officiis adfuturam.

4.° Quod dixit meritissimus idem Syndicus, se cum Publicanis Juris Caduci redemptoribus egisse de iis, quæ postulant in liberationem legatorum Clarissimi Viri Dñi LeGendre, quæ Universitati fuerunt a Supremo Senatu attributa die 1.ª Julii 1744 (vide ad diem 7. Septemb. 1744); eò se rem adduxisse, ut ipsi se animo rediturum, qui ex dictis legatis solvendus obvenit, mense Julio proximè præterito, contentos fore dicerent. Placuit, accipi conditionem

fierique

fierique potestatem meritissimo syndico cum dicti Publicanis nomine Univer=
=sitatis tramigandi.

5° Placuit, ex Senatusconsulto die 7. mensis Septemb. proximè elapsi facto, adigi Dnum Renard, Collegii Rubantini Procuratorem Sequestrum, ad rationes suæ procurationis referendas. Item iniri rationem, quâ dicti Collegii Primarius ex eo migrare cogatur.

6° Quòd retulit meritissimus Syndicus, vitâ cessisse alterum é duobus, quos habet Universitas, Juratis-Scriptoribus nomine Michaelem Nocheé; quòdque Vir honestus, Petrus Huguier, supplicavit, ut in ejus locum suffi=
=ceretur, Placuit, officium Scriptoris-jurati Universitatis, vacans per obitum præfati Michaelis Nocheé, ultimi illius possessoris pacifici, conferri prædicto Petro Huguier, præsenti et acceptanti.

7° Quòd dixit meritissimus idem Syndicus, sè audisse, rem Collegii Ba=
=jocensis familiarem malè sè habere; quâ ex causâ, sè nescire: credidisse tamen admonendum sibi eâ de re Academicum Tribunal. Placuit, man=
=dari meritissimo Syndico, ut in eam rem per sè diligenter inquirat, ac deinde ad Academicum Tribunal referat; factum uti tum, quod é re fuerit.

Et ita super his septem capitibus, auditoque priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

7. Octob. Anno Dñi 1745, die septimâ Octobris, habita sunt Comitia centuriata Universitatis in Maturinensi.

Primùm in angulo consessum est, ubi, factâ supplicandi potestate, supplicârunt pro Litteris Nominationis jure Magistarii Artium ex quin=
=quennii MM. frater Carolus-Mauritius de Moyria de Volloigna, Lugdunen=
=sis, presbyter antiquæ Observantiæ Ord. Cluniacensis; Ludovicus-Carolus Ar=
=taud, Subd. Claromontensis; et Andreas-Ludovicus d'Inguimbert, acolythi Cavallicensis. Dehinc retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimo=
=nia, quibus constat de legitimo Studii quinquennis Cursu ab iis confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omni=
=bus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, sua præfati supplicibus postulata concedi.

Librarii De la Tour. Hochereau.

Ibidem Sacramentum dixerunt novi Librarii, sedilicæ Ludovicus-fran=
=ciscus dela Tour, et Bartholomæus-franciscus Hochereau, præsentati a D. Mathey, uno ex Adjunctis.

Scriptor Huguier.

Item Sacramentum dixit Petrus Huguier, Scriptor Universitatis Juratus, eo nimirum officio donatus die 2. hujus mensis.

Deinde itum est in Comitium, ubi omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ gesserit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu ipsique Litteras commendatitias decrevere, simulque promisere amplum Co=
=mitatum vitæ processuro ad ædem Deo Sacram sub invocatione S. Andreæ ab arcubus.

Priusquam autem ex Ædes sacrâ Maturinensium discederetur, de=
=cantatus est hymnus eucharisticus Te Deum; pro ut Mandato Rectorio, quod supra habetur, erat præscriptum.

In Eccle=

In Ecclesiâ S. Andreæ Pontificem egit S. M. N. Garguy, Doctor Theolog. Concionem Sacram habuit ad populum M. Sepher item Doctor Theologus; eucharisticam verò ad Pontificem M. Germain, Rhetoricæ Professor in Monte-acuto./.

Fromentin Rector.

11. Octob.

Anno dñi 1745, die undecimâ mensis Octobris, habita sunt Comitia gnalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi.

De choiseul-Stainville

De Boffin d'argenson.

De Moyria de Volloigna.

Guilloreaux-Caillerie.

Cadet.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate, supplicârunt nobilissimus Abbas Leopoldus-Carolus de Choiseul-Stainville, clericus Tullensis, ut particula, de, nomini suo gentilitio præfigatur in omnibus Catalogis, ea autem detrahatur é cognomento Stainville in utroque Logicorum: Franciscus-Alexander de Boffin d'Argenson, clericus Gratianopolitanus, ut é nominibus suis removeantur nomina Ludovicus et Felicianus, quæ in aliquibus Catalogis malé sumpsit; addatur in aliquibus nomen Franciscus, et nomen illud ubique nomini Alexandro præponatur; tum restituatur nomen gentilitium de Boffin ubicumque omissum est, sive in Catalogis Philosophicis, sive in aliis actis quibuscumque Academicis: Carolus-Mauritius de Moyria de Volloigna, Lugdunensis, presb. Ordinis Cluniac. ut in omnibus sive Catalogis, sive actis quibuscumque Academicis nomini suo apponatur suæ diœceseos nomen; addatur cognomentum de Volloigna ubicumque deest; ei autem cognomento, sicubi scriptum est cum littera, c, ea littera dematur, scribaturque de Volloigna, non de Volloignac: Petrus-Joannes Guilloreaux-Caillerie, clericus Cenomanensis, ut in priore Logicorum Catalogo et posteriore Physicorum addatur nomini suo cognomentum Caillerie, item ex eodem cognomento deleantur particulæ de la in posteriore Logicorum: Claudius-Antonius Cadet, Parisinus, ut ne teneatur scripto resumere quæ per tres hujusce anni menses in Scholâ suâ philosophicâ dictata sunt, quæque excipere non potuit, tum scilicet impeditus morbo graviore, quem scripto testatur M. de Lepine Saluberrimæ facultatis Decanus.

Audito super supplicibus M. Le Neveu, Syndico, amplissimus Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent confirmarentque Quatuorviros matutinis comitiis electos, simulque petiit, ut rata et grata haberentur quæ ipse gessit in suo trimestri Magistratu, litteræque commendatitiæ sibi decernerentur.

Dimissæ Nationes ac deinde regressæ per singulos Procuratores retulerunt, se rata et grata habere quæ gessit ampliss. Rector in suo trimestri Magistratu, adeóque litteras illi commendatias decernere: supplicibus omnibus indulgeré: confirmatos esse Quatuorviros, videlicet M. Petrum Germain in honorandâ Natione; M. Petit in fidelissimâ; M. Hecquart in Venerandâ; et M. Varin in Constantissimâ.

Quatuorviri, præstito solemni Sacramento, conclave subierunt, unde reversi per Mgrum Germain retulerunt, se fasces Rectorios prorogasse Mgro Petro Fromentin. Quæ quidem prorogatio statim ab omnibus Nationibus confirmata est.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

anno-

Anno dñi 1745, die vigesimâ-septimâ Octobris, habita sunt Comitia gñalia præelarœ Artium facultatis in Maturineum ad creandos Censores. 27. Octob.

Factâ supplicandi potestate, supplicârunt Robertus-Andreas Droüet, clericus Parisinus, in artibus Magister, ut nomen suum, Robertus, quod in Catalogis Litterisque Magisterii secundo loco malè positum est, in priore reponatur: Et Nicolaus-Philippus Thoré, clericus Parisinus, ut in priore Logicorum Catalogo pro, Parisienti, dicatur Parisinus. Droüet. Thoré.

Audito M. Letheveu, Syndico, dimissa Nationes ab amplissimo Rectore ad deliberandum de Supplicibus creandorque Censores, habuerunt singulæ sua Comitia; ac deinde regressæ per Ornatissimos Procuratores, retulerunt, se utrique Supplici indulgere; electos autem à se ac creatos Censores, nimirùm ab honorandâ Natione M. Stephanum Lieutaud, Baccalaureum in utroque Jure; à fidelissimâ Nostrum Lherminier, Baccalaureum Theologum; à Venerandâ Nostrum Vray, in Cardinalitio Professorem; denique à Constantissimâ Nostrum Lallemand, Virum Procuratorium ac Eloquentiæ Professorem in Marchiano.

Antequam autem concluderet Amplissimus Rector, processit in medium M. Ludovicus-Carolus Chollet, Baccalaureus in utroque Jure, è Natione Gallicanâ Magister, ac juridicè contestatus est adversùs electionem prædicti Nostri Lieutaud, tamquam in sui juris detrimentum factam, simulque suæ contestationis actum postulavit, quo, tempore ac loco, uti posset.

Tum amplissimus Rector, resumptis singularum Nationum conclusionibus, prout fuerant ab Ornatissimis Procuratoribus relatæ, secundùm eas ipse concluxit, concesso tamen prædicto Nostro Chollet actu, quem petierat.

Quum autem è Procuratoribus nonnulli retulissent, suis Ordinibus in votis esse, ut hæc Comitia, quæ hactenùs horâ Septimâ matutinâ habita fuerunt, deinceps horâ decimâ habeantur, amplissimus Rector, audito priùs meritissimo Syndico, rem ad alia Comitia rejecit.

Cùm novi Censores accessere ac Sacramentum dixere inter amplissimi Rectoris manus. Et sic soluta sunt Comitia./.

Fromentin, Rector.

Anno dñi 1745, die Sexta Novembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. 6. Novemb.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis juxta Magisterii Artium ac quinquennii MM. Laurentius-Franciscus Gosselin, presb. Rotomagensis; Jacobus-Michaël Cotteron, diac. Parisinus; Ludovicus-Franciscus Depernay, acol. Suessionensis; Geraldus-Alexius Ardilier, presb. Lemovix; ac Michaël Reynaud, clericus Lemovicensis. De his retulit M. Letheveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audiverunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii quinquennis tempus fuisse ab iis confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, placuit, suis præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Quòd retulit M. Jacobus Vallette Le Neveu, Universitatis Syndicus, se cum Publicanis Juris Caduci redemptoribus transegisse de iis quæ pertinent ad liberationem legatorum Viri Clarissimi Dni Le Gendre, pro ut constitutum fuerat in postremis Comitiis, die 2. Octob. habitis; quòdque dixit, recipiendos jam esse à clarissimo Viro Cleri Gallicani Œconomo generali Dno Marchal, quotquot habet apud se depositos contractus ad eam hæreditatis dicti D. Le Gendre partem pertinentes, faciendaque omnia, quæ assolent, ut Universitati jus ritè iis innotescat, qui dictis Contractibus tenentur, et à quibus eorum fructus sunt exigendi: Decare, rogatis dictisque sententiis, placuit, rata haberi quæ meritissimus Syndicus cum Juris Caduci Redemptoribus transegit de iis quæ pertinent ad legata Viri clarissimi D. Le Gendre; Eidem Syndico mandandum, ut quidquid necesse erit, peragat, quo illa transactio suum sortiatur effectum. Item ipsi eidem Syndico et M. Ludovico-Nicolao Durand, Universitatis Quæstori, tam conjunctim, quam divisim, faciendam esse potestatem, ut ambo, aut eorum alter, recipiant a Viro clarissimo D. Marchal, Cleri Gallicani Œconomo generali, quæcumque habet acta, contractus, aliave instrumenta ad prædictorum legatorum fundum executionemve pertinentia, etiam pecunias, si quas ille perceperit ex prædictis contractibus ex quo Universitati attributi sunt, eidemque Dno Marchal horum omnium per se dent acceptilationes et apochas, ad exsolvendam ejus fidem valituras. Item apud urbis Basilicam, apud Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ S. Benedicti Parisiensis, et ubicumque exigendi erunt præfatorum Contractuum annui census, proferant ac præstent titulos omnes, qui erunt ad fidem juris Universitatis faciendam necessarii.

4° Quòd dictus est Illustrissimus franciæ Cancellarius parare novam Sanctionem de Juribus Graduatorum, placuit, rogari Amplissimum Rectorem, ut properè ad eum scribat, oretque etiam atque etiam, ut ne quid super ea re constitui patiatur, antequam Universitas audita fuerit.

Et ita super his quatuor capitibus, audito priùs super singulis meritissimo Syndico, conclusit amplissimus Rector. /.

Fromentin Rector.

9. Novemb. Anno dni 1745, die nonâ Novembris, habita sunt extrà ordinem Comitia Tribunalis Academici in Maturinensi ad dijudicandam rem in præclarâ artium facultate exortam. Scribendo affuerunt ipse Amplissimus Rector et Ornatissimi Nationum Procuratores, assistentibus Syndico et Scribâ universitatis, vocatis in consilium antiquioribus ex unaquâque binis, ex Gallicanâ Mgris Collot Tribûs Parisiensis Decano, et Moreau Philosophiæ Professore in Monte-acuto; ex Picardicâ Mgris Petit et Riquer, Viris Procuratoriis; ex Normanicâ Mgris Durand, Nationis Subdecano, et Huillard Exprocuratore; ex Germanicâ

1745. — Novemb. 42.

=manicâ Mgri Poinsard, Decano, et Duffy, viro Procuratorio.

Comparuerunt MM. Ludovicus-Carolus Chollet, et Stephanus Lieu=
=taud, ambo in artibus Magistri et in utroque Jure Licentiati, ambo
in Magistrorum Gallicanæ Nationis album á plurimis annis relati;
ille actor, hic reus.

Controversia erat de Censurâ dictæ Nationis Gallicanæ.

Aiebat præfatus Chollet, quum die 27 mensis Octobris proximé
elapsi Comitia Nationis Gallicanæ haberentur ad eligendum Censorem,
quumque ad id munoris recurrerent Baccalaureorum vices, quos inter
qui se antiquiores erant Censuram omnes gesserant, se, factâ pro more
supplicatione, munus illud sibi postulasse; eo videlicet jure, quòd ex
Senatus consulto die 7. Septemb. 1682 facto constitutum id fuerat, ut,
quum Nationis munera alternatim á Professoribus et Baccalaureis
gerentur, ad eum quisque secundum antiquitatis gradum perveniret.
Nihilo tamen minus Mgrum Lieutaud, qui sibi antiquitate cedat, idem
munus postulasse. Se statim reclamasse, suumque jus vendicasse; quo
tamen neglecto, prædictum Mgrum Lieutaud sibi fuisse prælatum:
nec aliud sibi objectum fuisse, quam quòd intra fines Academicos
non habitaret. Continuò se contrà electionem dicti Lieutaud contesta=
=tum esse, primùm apud ipsam Nationem, deindè apud præclaram Artium
facultatem, suaque contestationis actum utrobique petiisse. Hinc se,
die dictâ præfato Lieutaud, recurrisse ad hoc Tribunal, ut sibi jus
fieret. Porrò se duobus niti momentis; primùm, quod per Senatus=
=consultum anni 1682 antiquiores præferri debeant minùs antiqui:
Secundò, quòd habeat omnes conditiones per Statuta Nationi Gallicanæ
requisitas.

Nam quòd objiciatur de domicilio, idem nunc se habere domicilium
quod habuerit biennio ante, cum ab eâdem Natione electus fuit Examinator,
domicilium quod illud intra fines Academicos contineri; nam sibi cameram
esse in domo Viri honesti Dni Maudury, civis Parisiensis, in viâ vulgò
Andegavensi, ut ipse D. Maudury scripto testatur; quod quidem domicilium
tam nunc Gallicanæ Nationi videri debere Academicum, quam ante
duos annos visum fuerit. Et re ipsâ tam esse Academicum, quam quæ
variis temporibus habuerint, aut elegerint, Viri gravissimi Mgri Arthur,
Rollin, Rollignol, Marcland et plures alii.

His de causis se petere, ut nullâ habitâ ratione Conclusionis die 27
Octobris ultimò præteriti á Nationem Gallicanâ factæ, sibi Censoris munus
adjudicetur; quod ut vitâ gerat, paratum se esse consuetum Sacramen=
=tum consuetum inter amplissimi Rectoris manus coram Artium facul=
=tatis Deputatis præstare.

Contrà dixit Magister Lieutaud, se idèo Censuram postulasse,
idèo ab universâ Natione Gallicanâ fuisse Mgro Chollet communi suffra=
=gio prælatum, quòd et ipse omnes conditiones per Statuta requisitas
haberet, et quòd nonnullæ Mgro Chollet deessent. Inter illas enim
conditiones hanc maximè requiri, ut qui Censuram ambiunt, certam
stabilemque sedem in Universitate habeant; quæ sedes si desit, valle
Statuta, ut ejusmodi Candidatorum nulla ratio habeatur.

Porrò notum esse, Mgrum Chollet longè ultrà quartum, nimirùm prope
Ecclesiam parochialem S. Medardi, habitare. Ostentare quidem came=

=ram quam=

=ram quandam intrà fines Academicos positam; Sedem autem illam non certam Stabilemque, qualem Statuta postulant, sed meré fictitiam esse; non domicilium, sed vanam domicilii imaginem, in fraudem legis manifestò deprotè excogitatam. Quòd dicat idem Mgr Chollet, non aliam habuisse Sedem, quàm nunc habeat, cum Examinatoris munus petiit, et tamen fuisse à Natione Gallicanâ admissum; quid aliud inde sequi, nisi Nationem ab eo tunc deceptam, nolle itorum ab eo decipi? Idem prorsùs dicendum de catoris, si qui aliquando subejusmodi domiciliorum obtentu ad munera obrepserint: id sanè contigisse aut ignorante aut non advertente Natione; cum nemo existeret Competitor, nemo adversarius, nemo Statutorum Vindex. Quoties autem ipsa animadvertit, aut admonita est, continuò suam legibus fuisse vim suumque effectum. Sic anno 1740 die 10. Octob., quum munus Procuratorium plures ambirent, illorum autem antiquior esset M. Petrus Delaunieres, nec veram haberet in Universitate Sedem, non modò eum non fuisse a Quinqueviris electum, sed quum expostulasset inter= =cessissetque apud ipsam Nationem ne alius à se Procurator esset, re in deli= =beratione missâ, fuisse unanimi suffragiorum consensu ab intercessione suâ et actione submotum. Se igitur in hac causâ non tam suum jus, quam ipsam Statutorum sanctitatem Nationisque Gallicanæ in retinendis suis legibus religionem tueri ac defendere. Petere itaque, ut, confirmatâ prae= =dictæ Nationis Conclusione die 27. Octob. factâ, Censorium munus sibi salvum tectumque servetur, et præfatus Chollet ab actione suâ submoveatur.

Auditus est M. Jacobus Vallette Lelievre, Universitatis Syndicus et Procurator generalis, qui, resumptis partium momentis, dixit, si ambo Com= =petitores in se spectentur, utrumque gerendæ Censuræ idoneum videri. Sed controversiam esse de capacitatibus, quod aiunt, legalibus. Ex Conclusione Gallicanæ Nationis apparere, Mgrum Chollet, qui sit antiquitate superior, ideò Censurâ fuisse exclusum, quòd sedem intra fines Academicos non habeat, qualem Statuta et Leges Academicæ requirunt. In eo igitur positam esse quæstionem, An prædictus Chollet ejusmodi sedem re ipsâ habeat, et, si non habeat, an potuerit ideò à Censurâ per dictam Nationem excludi.

Ex Juris placitis, Domicilium esse locum, in quo quis sedem posuit caremque et summam rerum suarum. leg. 7. cod. de Incolis. Eo sensu uni= =cum dumtaxat domicilium à quolibet eodem tempore haberi posse juxtà Jurisperitos, quia non magis quis potest in diversis locis eodem tempore propriâ habitare, quam potest corpus quodlibet secundum Physicæ leges plurima loca eodem tempore occupare. Esse et aliud domicilii genus, quod vocant ex con= =ventione, in re judiciariâ usitatum, cum quis locum aliquem secundum Juris formulas eligit ac designat tanquam domicilium ad certorum quorumdam Actorum sive confectionem, sive denuntiationem; quod quidem impropriè et tantùm ad fori cationem dici domicilium, cum nullam habitationis necessi= =tatem importet.

Nunc si Gallicanæ Nationis Statuta ex ipsis, quibus concepta sunt, verbis spectentur, minimè dubium videri, quin de primo domicilii genere, hoc est, de vero ac propriè dicto domicilio intelligenda sint: certum stabilemque sedem (inquiunt) in aliquo Gymnasio, aut in Universitate, saltem per Se= =mestre ante electionem suam, habeto. Et, si in Collegio, aut in Universitate habitare desiterit, alius in ejus locum subrogator. Certè ambigi non posse, quin verba hæc, certam, stabilem sedem; si habitare desiterit, ad= =domicilium verum ac propriè dictum, ad domicilium habitationis, referri debeant.

Nec minùs perspicuam ac manifestam esse rem, si spectetur Sta=

=tutorum

=tutorum mens ac voluntas. Quid enim aliud Statuto velle, cum jubent Magi=
=stratus Academicos in Universitate habitare, nisi ut, cum sint ad rerum
ac disciplinæ Nationis suæ administrationem pro suâ quique parte consti=
=tuti, nihil obsit, quominùs vigiles oculos in quæ debent semper intendant?
ut quandocumque et quibuscumque opus est, promta sit eorum ac parata
semper opera? ut facile conveniri possint ab iis, quibuscum illis res est,
sive Collegis, sive Magistris, sive Candidatis? Quid enim magis Statuto=
=rum menti et antiquis Universitatis Moribus contrarium, quam Conjicii
ingenuos Adolescentes graves Scriptorum Philosophicorum sarcinâ onustos
in longinquas Urbis regiones excurrere, perque ignota sibi et invisata loca
vagari rogitantes ostiatim, ubi hic, aut ille habitet?

Ergo et ex Verbis et ex mente Statutorum Gallicanæ Nationis tenet
Censorem alibique Magistratus habere in Universitate, non Stationem ad
tempus fictum, non horarium diverticulum, non umbratile domicilium,
sed domicilium legitimum ac propriè dictum, ubi verè habitent ac vivide=
=ant. Quam conditionem si non habeant, aut si habere desierint, velle
statuta ut ab adipiscendo magistratu arceantur, aut adepto priventur:
In Gymnasio Academico, aut in Universitate, certam stabilemque sedem
per sex menses antè electionem habeto. Secùs nulla ejus ratio esto. Si in Col=
=legio, aut in Universitate, habitare destiterit, alius in ejus locum subro=
=gator.

Porrò certum esse, Magrum Chollet longè extrà fines Academicos habita=
=re, nimirùm propè Ecclesiam parochialem S. Medardi; illic sedem ac larem,
illic summam rerum suarum posuisse; illic residere ac vivere. Nam quòd
profert unius ex amicis testimonium, dicentis illi esse apud se unam cameram
in viâ Andegavensi, nihil aliud posse inde colligi, nisi utrumque ad frau=
=dem Legi faciendam non temerè magis quam ridiculè consensisse. Quæ verò
proferuntur fictorum ejusmodi domiciliorum exempla, totidem esse abusus,
qui prævalere Legi nec debent, nec possunt: et ejus plures proferantur,
eò diligentiùs curandum esse, ut ne quid simile in posterum eveniat.

Itaque videri sibi Nationem Gallicanam rectè ac ordine fecisse,
quum Magrum Chollet, Censorium munus petentem, non admisit; proinde
confirmandam esse ejusdem Nationis Conclusionem die 27. Octobris proximè
elapsi factam, Servandum in Censurâ Magrum Lieutaud, Magrum autem
Chollet ab actione suâ submovendum.

Auditis partibus, audito meritissimo Syndico, Consultis antiquioribus
Nationum Magistris, viâ Conclusione Gallicanæ Nationis die 27. Octobris proximè
elapsi factâ, Viris ejusdem Nationis statutis, re ab amplissimo Rectore in de=
=liberationem apud ornatissimos Procuratores missâ, Censuerunt, prædictam
Conclusionem esse confirmandam: Magistrum Lieutaud in Censuræ possessione et
exercitio servandum; Magrum autem Chollet ab actione suâ depellendum: Sal=
=vâ, nec obstante, qualibet appellatione, aut intercessione.

Et ita concluxit amplissimus Rector./.

Fromentin, Rector.

4. Decemb. Anno dñi 1745, die quartâ Decembris, habita fuit Comitia ordinaria
Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

1° Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et
quinquennii mm. Claudius Martin, diæc. Lemovic.; Joannes-Ludovicus Gaston,
clericus Ruthenus; Petrus-Benedictus Audouyn-des Retinoys, æcol. Pene=
=tensis

=tensis; hubertus Du Luc, presb. Vasatensis; Stephanus Du Cassou de Lartigue, diac. Bayonensis; Carolus Magnier, acol. Ambianensis. De his retulit M. Le Neveu, syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat de quinquenni Stu=diorum cursu ab iis rité confecto, cæteraque instrumenta ad hanc Suppli=cationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod in Litteris clericalis Tonsuræ suprà memorati de Lartigue, deest nomen genti=litium Du Cassou. Audito meritissimo, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi; dicto tamen Du Cassou de Lartigue non ante Litteras expediri, quam nomen suum in Litteris clericalis Tonsuræ, aut in actis academicis, re=formari curaverit.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant comitiis superioribus acta et statuta.

3°. De Bernardino Piron, Nuntio Universitatis Jurato, qui die 28 au=gusti proximé elapsi postulaverat, ut causæ suæ Universitas subscriberet; quique his in Comitiis, oblato novo libello supplice, idem postulavit, Pla=cuit stari conclusione factâ die 2°. Octobris proximé præteriti, hoc est, causam præfati Piron, non subscriptione quidem, sed commendatione tantùm et officiis Universitatis adjuvari.

Et ita super his tribus capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

7. Dec. Die septimâ ejusdem mensis Decembris, amplissimus Rector et Præclara Artium facultas, more antiquo, interfuerunt solemni sacro apud Fratres Prædicatores./. N. Piat Scriba

14. Decemb. Anno dñi 1745, die decimâ-quartâ Decembris, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis in Maturinensi.

Primùm in angulo consessum est, ubi, factâ supplicandi potestate, supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Ludovicus Lienard de Beaujeu, presb. Quebecensis; et Jacobus Jumentier, presb. Carnotensis. De his re=tulit M. Le Neveu, syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de quinquenni Studiorum cursu ab iis rité confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod in Litteris clericalis Tonsuræ Ludovici Lienard de Beaujeu deest nomen gentiliti=um Lienard. Audito meritissimo syndico, Placuit, suo præ=fatis supplicibus postulata concedi; dicto tamen de Beaujeu, non ante Litteras expediri, quam nomen suum reformari curaverit aut in Litteris Tonsuræ, aut in actis academicis.

Deinde itum est in Comitium, ubi omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu ipsique Litteras commendatitias decreverunt, sinculque amplum præbuerunt comitatum ad ædem Deo sacram sub invo=

=catione

=cationi B. mariæ Magdalenæ apud franciscanos magni Conventûs.

Ibi Pontificem egit S. M. N. Dnus Garguy, Doctor Theologus, Concionem ad populum habuit M. Thebaut, Doctor itidem Theologus; eucharisticam verò ad Pontificem M. Christianus Le Roy, Eloquentiæ Professor in Cardinalitio./.

Fromentin Rector.

Anno dni 1745, die decimâ-sextâ Decembris, habita sunt Comitia gnalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi. 16. Decemb.

factâ ab amplissimo Rectore supplicandi potestate, supplicârunt franciscus-Ludovicus Bureaux, clericus Parisiensis, ut nomen, Ludovicus, nominibus suis adjiciatur in omnibus Catalogis; Petrus-franciscus hamelin dela Marliere, clericus Parisinus, ut cognomentum dela marliere, quod in posteriore Physicorum Catalogo scribere omisit, nomini suo restituatur; Dominicus-Ludovicus-Philippus-Paulus-franciscus de Parel-Bardonaise-de Montault, clericus Cameracensis, ut nomen, franciscus, quod nomini Paulo præposuit, postponatur; item cognomentum, Bardonaise, præponatur cognomento de Montault in utroque Logicorum Catalogo; Carolus-Antonius-Gabriel d'Osmond de Medavit, Subdiac. Sagiensis, et Comes Lugdunensis, ut nomen, Gabriel, quod omisit in utroque Physicorum Catalogo, et cognomentum de Medavit, quod in solo priore Logicorum scripsit, reponantur; Petrus-Abrahamus Pajon, Blesæus, ut ne sibi noceat ad adipiscendum Magisterium, quòd nomen suum in priore Logicorum Catalogo non inscripserit, morbo scilicet tùm impeditus, quod scripto testatur M. Mille, Doctor Medicus Parisiensis. Supplicârunt autem, ut fiant immunes à describendis libellis philosophicis Tussanus-franciscus-Josephus Conen de St. Luc, Acol. Redonæus, propter insignem pectoris dolorem, quod scripto testatur M. munier, Doctor Medicus Parisiensis; Renatus-firminus-franciscus Bernard, ambianensis, eamdem ob causam, testante eodem; franciscus-Antonius de Murat de Lestang, clericus Viennensis, ob eamdem causam, eodem testante; Joannes Saincton, clericus Venetensis, ob pectoris et oculorum debilitatem, eodem testante; Angelus-Maria Durini, clericus Mediolanensis, ob minùs firmum corporis habitum, quod scripto testatur M. Peaget, Doctor Medicus Parisiensis; Alexius-Armandus D'arty, Parisinus, propter pectoris imbecillitatem, testante M. dela Riviere, Doctore Medico Parisiensi; Antonius Billy, clericus Suessionensis, propter eamdem causam, testante M. Vieillard, Doctore Medico Parisiensi.

Bureaux. Hamelin dela marliere. De Parel-Bardonaise de Montault. d'Osmond de Medavit. Pajon. Conen de St. Luc. Bernard. de murat delestang. Saincton. Durini. Darty. Billy.

De his supplicibus auditus est M. Leneveu, syndicus, qui dixit, Verendum esse, ne immunitates illæ, si inconsultiùs donentur, negligentiæ ac desidiæ scholarium ansam præbeant. Videri quidem qui modò supplicârunt satis idoneas habere causas, cur à scribendo in præsentiâ excusantur. Verùm ejusmodi causas non esse, ut plurimùm, perennes; posse enim qui aliquâ debilitate nunc laborat, valetudinem aliquantò post recuperare firmiorem. Itaque videri sibi magis Academicæ Disciplinæ consultum iri, si illæ immunitates in singulos annos concedantur, ita ut qui eas impetrarint, earum prorogationem altero an=

=no possu=

=no postulare teneantur, nec eam obtineant, nisi liquidó constet easdem ipsis remanere indulgentiæ causas. Duos tamen meritissimus idem syndicus commendavit, scilicet Conen de St Luc, nobilem Aremoricum, et Durini nobilem Mediolanensem, fratris Nuntii Apostolici filium, quorum utrique non solùm necessitatis, sed etiam honoris, causâ, videri dixit sine excep=tione esse indulgendum.

Dimissæ nationes ab amplissimo Rectore ad deliberandum de Sup=plicibus confirmandosque Quatuorviros et probanda quæ gessit, retulerunt per Ornatissimos Procuratores retulerunt, se rata et grata habere quæ gessit ampliss. Rector in suo trimestri magistratu, et litteras ipsi commendatitias decernere: confirmatos á se fuisse Quatuorviros, nimirùm in honorandâ Natione Mgrum Cochet, Philosophiæ Professorem in Mazarinæo; in fide=lissimâ Mgrum Dupont, Licentiatum Theologum; in Venerandâ Mgrum Fontaine, Grammaticæ Professorem in regiâ Navarrâ; in Constantissimâ Mgrum Kyran, Baccalaureum Theologum. De Supplicibus autem, quum duæ Nationes meritissimi Syndici sententiam secutæ essent, duæ veró Supplicibus omnibus simpliciter ac more solito indulsissent, cum duabus his postremis conclusit amplissimus Rector.

Continuó Quatuorviri, præstito Sacramento, Conclave subierunt, unde digressi per Mgrum Cochet retulerunt, fasces Rectorios prorogatos a se fuisse amplissimo Rectori M. Petro Fromentin. Quæ prorogatio ab om=nibus Nationibus probata et confirmata fuit.

Et ita conclusit amplissimus Rector. /.

Fromentin Rector.

Index

Beneficiatorum, Consiliariorum, Officiariorum, Apparitorum et Clientium Universitatis Juratorum per decursum anni 1745 receptorum.

Beneficiati.

Nullus beneficiatus.

Consiliarii.

Nullus.

Officiarii majores

Nullus.

Librarii

De la Tour Hochereau. Die Septimâ Octobris Sacramentum dixerunt Ludovicus-franciscus De=la Tour, et et Bartholomæus-franciscus Hochereau.

Apparitores

Shée Grosse. Die vigesimâ-primâ Junii Sacramentum dixit Joannes-franciscus Grosse, minor Germanicæ Nationis Apparitor, suffectus scilicet francisco Shée, qui et ipse suffectus est francisco Grosse, majori, dum viveret, ejusdem Nationis Apparitori.

Scriptores

Huguier. Die Septimâ Octobris Sacramentum dixit Petrus Huguier, Scriptor Univer=sitatis Juratus, loco Michaëlis Noché, demortui.

Papetarii

Papetarii

Die decimâ-Sextâ Martii Sacramentum dixit Nicolaus Catillion, Univer=
=sitatis Papetarius-Juratus, per liberam abdicationem Batazarii Dalbarez. — Catillion.

Magni Nuntii.

In natione Gallicanâ.

Die quartâ Januarii Gabriel-Ludovicus Calabre-Perau, Procurator, et natio Gallicana contulerunt Michaëli Brisseau, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-jurati pro diœceseri et Episcopatu Ingolismensi, vacans per obitum Juliani Garnier, civis quoque Parisiensis. — Engoulême. Brisseau.

Die octavâ ejusdem mensis Januarii idem Procurator eademque Natio contulerunt Nicolao Gossez, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-jurati pro diœceseri et Episcopatu Lodovensi, vacans per liberam abdicatio=nem Antonii Arnaud, civis quoque Parisiensis. — Lodève. Gossez.

Die Sextâ Februarii, idem Procurator eademque Natio contulerunt Mi=chaëli-Nicolao Bizet, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœceseri et Episcopatu Conseranensi, vacans per obitum Antonii Gayac, civis quoque Parisiensis. — Conserans. Bizet.

Die decimâ-tertiâ mensis Julii idem Procurator eademque Natio con=tulerunt Carolo LeClerc, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Ju=rati pro diœceseri et Archiepiscopatu Burgensi, vacans per obitum Urbani-Ovidii Chevallier, civis quoque Parisiensis. — Burgos. LeClerc.

Die vigesimâ-Secundâ mensis Martii idem Procurator eademque Natio contulerunt Georgio-Claudio Gendron, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-Jurati pro diœceseri et Episcopatu Lodovensi, vacans per obitum Nicolai Gossez, civis quoque Parisiensis. — Lodève, iterum. Gendron.

Die duodecimâ Novembris Emericus-Jacobus Caffarel, Procurator, eademque Natio Gallicana contulerunt Joanni-baptistæ Luben, civi Pa=risiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœceseri et Episcopatu Ble=sensi, vacans per liberam abdicationem Petri Rouziere, civis quoque Pa=risiensis. — Blois. Luben.

Die vigesimâ-Sextâ ejusdem mensis Novembris, idem Procurator eadem=que Natio contulerunt Josepho-Philiberto Cattel, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-Jurati pro diœceseri et Episcopatu Rivensi, vacans per obitum Petri Marchant. — Rieux. Cattel.

Die decimâ-quintâ Decembris idem Procurator eademque Natio con=tulerunt Petro famin, filio, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Ju=rati pro diœceseri et Episcopatu Mimatensi, vacans per obitum Alexandri-Jo=sephi Bunetat, civis quoque Parisiensis. — Mende. famin, fils.

In Picardicâ natione

Die decimâ-octavâ Januarii mensis, Joannes Guervelle, Procura=tor, et Picardica Natio contulerunt Antonio Regnard, civi Pari=siensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro Diœceseri et Episcopatu Atrebatensi, vacans per liberam ac Spontaneam abdicationem — Laurentii Saudron, civis quoque Parisiensis. — Arras. Regnard.

In Vena=

In Normanicâ Natione

Nullus.

In Germanicâ Natione.

Edimbourg. Despeigne.

Die nonâ Martii, Joannes Gordon ex Germanica Natio contulerunt Carolo-Constantino Despeigne, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Edimburgensi, vacans per obitum Ludovici Meriel, civis quoque Parisiensis.

Bamberg. Dufourny.

Die vigesimâ-octavâ Julii franciscus-Nicolaus Verin, Procurator, eademque Natio Germanica contulerunt Joanni-baptistæ Dufourny, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Bambergensi, vacans per obitum Petri Langlois, civis quoque Parisiensis.

Olmust. Prevost.

Die quartâ Octobris idem Procurator eademque Natio contulerunt Joanni-Jacobo Prevost, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Olomucensi, vacans per obitum Claudii-Petri Testu.

Seckau. Richault.

Die nonâ Decembris idem Procurator eademque Natio contulerunt Mauritio Richault, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Seccaviensi, vacans per obitum Hugonis-francisci Jacquier, civis quoque Parisiensis.

finis anni 1745.

N. Blas

univ. Par. et art. fac. Scriba

1746. Januar. 46

Acta,
Commentarii, Conclusiones,
Universitatis Parisiensis,
per decursum
anni millesimi septingentesimi quadragesimi=
=sexti.

Anno dñi millesimo septingentesimo quadragesimo-sexto, die octavâ mensis Januarii habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo. Quibus in Comitiis convenerunt ipse amplissimus Rector D. Petrus fromentin; M. Joannes Clemens Gervaise, Theologicæ facultatis Syndicus, Decani locum tenens; M. Joannes Cugnet, Juridicæ facultatis Decanus; et M. Guillelmus-Josephus De Lepine, Saluberrimæ M. Emericus-Jacobus Caffarel, Galliæ; M. Adrianus-Mauricius Dufresq, Picardiæ; M. Romanus Le Vieil, Normaniæ; et M. Franciscus-Nicolaus Varin Germaniæ, Procuratores: M. Jacobo Vallette Le Neveu, Syndico, seu Procuratore generali; M. Nicolao Briat, Scribâ; et M. Ludovico-Nicolao Durand, Quæstore generali. 8. Januar.

1° Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. Felix-Ernestus Bellencourt, clericus ambianus. De eo retulit M. Lefevre, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm ejus Litteras magisterii, tùm Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat de quinquenni Studiorum cursu ab eo vitæ confecto, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, placuit, præfato Supplici indulgeri.

2° Lecta et recognita fuere quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Quòd dictus est Reverendissimus in Christo Pater D. Archiepiscopus Parisiensis, Collegii Marchiani Superior, Constitutione quâdam, seu Ordinatione, suspendisse ad tempus bursarum in eo Collegio fundatarum certum numerum itemque certam partem stipendii, quod Primario et Professoribus, in dicto Collegio regentibus, ex ipsius Collegii reditibus pro more antiquo annuatim numerari solet; quòdque observatum est, interesse Universitatis, ne quid suis suppositis, aliusve jus ad scholas suas per fundationes habentibus, nisi ex legitimis causis, detrahi patiatur; De eâ re, rogatis sententiis, visum est, officii Universitatis esse ut videat, an quæ in præfato Collegio Marchiano suspensiones factæ esse dicantur, ex justis legitimisque causis factæsint; atque adeò de præsente rerum dicti Collegii statu inquirendum.

Quòd autem dixit meritissimus Syndicus, si quid de Collegio Marchiano, ubi ipse Professor sit, statuendum videatur, præsertim in eâ re quæ ad Professores non mediocriter pertineat, certum sibi deliberatumque esse suo Syndici munere abstinere; quòdque postulavit, ut amplissimus Rector virum aliquem Academicum designaret, qui, quandocumque de illo negotio agendum esset, Syndici vices obiret, placuit, illud negotium in alia

Comitia

Comitia differri, eaque Comitia ad diem hujus mensis 14. indici; rogari autem Amplissimum Rectorem, ut virum aliquem Academicum eligat, qui, quoties de illo negotio Marchiano agendum erit, Syndici vices obeat.

4°. Placuit, recognosci et subsignari Tabulas Virorum Academicorum, qui partem suam Tributi regii viritim impositi apud Urbis Basilicam pendere tenentur.

5°. Quód honesta fœmina ac vidua, Joannis-baptistæ Brocas Librarii antehac uxor, per fratrem suum postulavit, ut sibi liceret Homeri Opera, quæ mox é prælis suis proditura sunt, Universitati dedicare, Placuit, nominari viros clarissimos M. Lallemand, in Marchiano Rhetorem, et Mgrum Riquer, humanitatis in regiâ Navarrâ Professorem, qui videant, an illa Homeri editio futura sit ejusmodi, ut eam deceat Universitati dedicari.

Et ita super his quinque capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit Amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

14. Januar. Anno dñi 1746, die decimâ-quartâ Januarii, habita sunt extrà ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

1°. Quód retulit M. Le Neveu, Syndicus, se ex potestate sibi factâ per conclusionem die 6.ª Novembris proximé elapsi, recepisse à D. Marchal, generali Cleri Gallicani Œconomo, chartas omnes ad legatum D. Le Gendre Universitati attributum pertinentes, etiam pecuniam ab eo perceptam, detractis tamen triginta-sex libellis, quas præfatus D. Marchal retinuerit pro parte juris perceptionis, nam partem alteram ultró illum remisisse; Placuit, probari quæ a prædicto meritissimo Syndico gesta sunt.

2°. Cum agendum foret de negotio Collegii Marchiani, in quo meritissimus Syndicus postremis Comitiis declaraverat se non posse suum Syndici munus exercere, amplissimus Rector præsentavit Mgrum Fontaine, Grammaticæ Professorem in regiâ Navarrâ, qui Syndici partes eo in negotio ageret.

Tum accessit Collegii Marchiani Primarius Mgr Bresson, et unà cum eo Mgr Nagot, Humanitatis in eodem Collegio Professor, a quo dicti Collegii res per plurimos annos procuratæ sunt ac gestæ.

Dixit præfatus Primarius, se ultró venisse ut gratias ageret tùm Amplissimo Rectori, tùm Sapientissimis Deputatis, quód ipsis Collegii Marchiani res cordi esse intelligeret. Ex nuperâ constitutione, sive ordinatione, quâ Illustrissimus Archiepiscopus, Collegii Marchiani Superior, sanxerit minuendas ad tempus esse impensas ordinarias, nihil profectó imputandum sibi; non alias fuisse suas in eâ partes, quàm ut videret in eorum se referri numerum quorum stipendia minuantur. Recté, an perperám facta sit ea Ordinatio, suum non esse judicare. Unum penés se esse, nimirùm ut edoceat, quo in statu sint Collegii sui res, qui census, quæ onera, unde nomina fecerit, quâ ratione administrata bona fuerint. Id verò facere se esse paratissimum quandocumque et quomodocumque Tribunali Academico placuerit. Si visum ei fuerit lustrare Collegium, omni, quo par est, honore exceptum iri. Si maluerit in

Rectoriis

Rectoriis Ædibus hanc fieri disquisitionem, utrobique se se alios Collegii officiarios fore Universitatis voluntati obsequentissimos.

In eamdem fermé sententiam verba fecit præfatus mgr Nagot, Collegii Procurator novissimus, se summatim exposità computorum serie pollicitus est se præstò futurum, sive in instrumenta et probationes administret, sive in, quæ obscuriora videbuntur, ipse elucidet.

Secesserunt prædicti Primarius et Procurator, secum iii M. Letreveu, Syndicus. Agitatum est, an Ornatissimo quoque Germaniæ Procuratori secedendum esset, eò quòd in præfato Collegio sit Professor. Placuit, eum quoque secedere; quod fecit ille haud enuntiter.

Cùm audito mgro Fontaine, Prosyndico, Dictum est, sedulò et laudabiliter fecisse Primarium et Collegii Exprocuratorem, quòd Tribunali Academici votis ultrò occurrerint; postulandum ab iis, ut Rationes Accepti et Expensi ab anno 1723 tradant Amplissimo Rectori, et si qua alia instrumenta aut chartas exegerit; rogandum Amplissimum Rectorem, ut eas Rationes eaque instrumenta disjiciat, assumptis in partem laboris Ornatissimis Galliæ et Normaniæ Procuratoribus, cum mgro Fontaine Prosyndico, et de iis per dictum Prosyndicum in alio Comitio referat.

Et ita super his duobus capitibus concluit amplissimus Rector. /.

Fromentin Rector.

Die Veneris vigesimâ-octavâ ejusdem mensis Januarii Amplissimus Rector et Præclara Artium facultas interfuerunt Solemni Sacro, quod ad memoriam D. Caroli-Magni in Ede Navarricâ singulis annis celebrari solet ex institutione Viri clariss. Cæsaris Egasse Duboulay. Orationē panegyricam habuit M. Joannes-franciscus Brunet, Litterarum Professor in regiâ Navarrâ, ex venerandâ Normanorum Natione. 28 Januar.

Die Sabbati vigesimâ-nonâ, Majores Universitatis Officiarii Cereos pro more detulerunt Minoribus Magistratibus. 29.

Die Lunæ trigesimâ-primâ, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum Adjunctis, Officiariis Majoribus, omnibusque Apparitoribus cereos detulerunt Illustrissimo francisco Cancellario Singulisque Supremarum Curiarum Principibus. Cum Serenissimus Aurelianensium Dux in Secessu Suo Sangenovefiano esset, ubi religiosissimus ac modestissimus Princeps nihil ad se publici honoris admittit, cereus ad eum per majores Officiarios delatus est ac apud Ostiarium Sangenovefianum, ita volente Serenissimo Principe relictus. 31.

Die Martis primâ februarii, iidem Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, Officiariis majoribus, omnibusque Apparitoribus contulerunt se Marliacum; ibique cereos Regi, Reginæ, Serenissimo Delphino augustæque Conjugi obtulerunt. Ubique Amplissimus Rector elegantes, ut solet, peroravit, visaque sunt ejus orationes Augustis Auditoribus probari. Notandum est autem, quem 1. febr.

=tem, quum Regina serenissimusque Delphinus ac serenissima Delphina digre=
=di marliaco pararent, antequam daretur ad Regem aditus; permisisse huma=
=nissimum Principem ut priùs ad eos, quam ad se, iretur: qua in re operam
suam ac sedulitatem exhibuit Universitati, Alumnus quondam ejus, D. Dux
de fleury, regii Cubiculi Præfectus.

3. febr. Die Jovis tertiâ ejusdem mensis februarii, amplissimus Rector et Præ=
=clara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod fit pro Magistris
Academicis, vitâ defunctis, apud fratres Prædicatores./. J. N. Piat univ. scriba

5. februar. Anno dñi 1746. die quintâ februarii, habita sunt Comitia ordi=
=naria Deputatorum universitatis apud amplissimum Rectorem in mazari=
=næo.

1.° Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure magisterii artium
et quinquennii MM. Joannes-baptista-Nicolaus-Angilbertus Hourdel, acol.
Ambianensis; Guillelmus-franciscus Lefaveray, presb. Cenomanensis;
franciscus-à-Paulâ Mathieu, acol. Suessionensis; Joannes-Petrus Moignard,
cleric. Petrocoriensis; et Joannes-baptista Davergo de Coulonge, cleric.
Sagiensis. De his retulit M. Le Neveu, syndicus, ac dixit, se vidisse tum
eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia,
quibus constat, legitimum studii quinquennis tempus fuisse ab iis perac=
=tum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in
quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo syndico, Placuit
sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta
et statuta.

3.° Quòd clarissimi Deputati MM. Lallemand et Riquer scripto re=
=tulerunt, se ex mandato amplissimi Rectoris et Tribunalis Academici
expendisse novam homeri editionem, quam vidua Brocas dare in lucem
parat; eam editionem videri sibi satis emendatam et scholasticis
commodam; nihil habere tamen satis insigne ad commendationem,
ut sub Universitatis nomine in vulgus prodire posse videatur; Dictum
est, laudandam esse Editoris operam, qui rem fecerit Scholaribus Aca=
=demicis utilem; non accipiendam tamen esse, quæ offeratur, dedicatio=
=nem.

4.° Quòd dictus est D. Renard nondum adduci potuisse, ut rationem
administrationis Collegii hubantini redderet, etsi sciat ad id se adigi
per Decretum senatûs ante aliquot menses factum; Placuit, mandari
meritissimo syndico, ut præfatum senatûs Decretum exscribi ipsique
D. Renard secundum juris formulas denuntiari curet

Et ita super his quatuor capitibus, audito priùs super sin=
=gulis M. Le Neveu, syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

5. Mart. Anno dñi 1746 die quintâ mensis Martii, habita sunt Comitia
ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in ma=
=zarinæo. Quibus in Comitiis primùm interfuit M. Nicolaus Bernard, no=
=vus Juridicæ facultatis Decanus.

1.° Suppli=

1.° Supplicârum pro Litteris Nominationis jure magisterii artium ac quinquennii MM. Stephanus Lolier, clericus Sanflorianensis; Stephanus-Franciscus de Lambacerès, acol. monspessulanus; Camillus Lamyer, subd. Lugdunæus; Joannes-Josephus-Guillelmus Brutè, acol. Parisinus; Petrus-Mauricius Lefèvre duquesnoy, diac. Ambianensis; Jacobus-Philippus Bergé, presb. Lugdunæus; ac Guillelmus Goyon, diac. Clavomontensis. De his vetulus M. Letheven, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii quinquennis cursum fuisse abùn confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2.° Alexander-Dionysius Dienert, Maldensis, artium Magister in Universitate Remensi, et medicinæ candidatus in Saluberrimâ facultate Parisiensi, Supplicavit, ut sibi per Universitatem liceret proximam deinceps Licentiam de consensu Saluberrimæ facultatis, eamque in rem dispensaretur secum de Studii parte, quod ex Statutis deberet esse Licentiæ præviæ.

Eo digresso, Sapientissimus Medicorum Decanus rem explicuit, ac dixit, Per facultatis Medicinæ Statuta candidatorum Studia, Licentiæ præviæ, quadriennii spatio definiri si magistri artium sint in Academiâ Parisiensi; octennii verò, si sint artium Magistri in aliâ universitate: Exquo autem Studiorum tempus in singulis facultatibus contractum est, in usum ferè ordinarium abiisse apud Saluberrimum Ordinem, ut cum candidatis de mediâ utriusque præfati temporis parte dispensaretur. Quòd si prædictus Dienert cursum quadriennalem peregisset, admitti potuisse à Saluberrimâ facultate ea gratiâ illâ communi et ordinariâ, quam illa nulli ferè candidatorum denegat. Cum autem ad quadriennium illud nondum pervenerit, idèò majori et extraordinariâ gratiâ egere. Porrò Saluberrimum Ordinem, ubi compertum habeat præfatum Dienert ingenio, et doctrinâ jam partâ, dignum esse, qui, quod postulat, consequatur, tamen veritum, ne, si indulgeat, ea indulgentia privilegio, quo Magistri artium Parisienses aliarum Universitatum Magistris antistant, aliquid derogare videatur. Itaque suo et plurimorum Medicinæ Doctorum suasu præfatum Supplicem huc accessisse, non tam ut ab Academico Tribunali secum de Studii tempore dispensaretur, quod jus est Saluberrimæ facultatis, quàm ut, quid sibi faciendum esset resciisceret.

Audito clarissimo Decano, audito pariter meritissimo Syndico, Dictum est, Saluberrimam facultatem laudabiliter facere, quæ suo indulgendi jure uti nolit in detrimentum alterius facultatis; nihil dubii esse quin præclaræ artium facultatis Parisiensis interest, ut accuratè retineatur discrimen illud, quod Statuta inter ejus et aliarum Universitatum Magistros inesse voluerunt. Itaque ad eum remittendum esse præfatum Supplicem, ut cùm sit Magister artium in Universitate Remensi, quæ Parisiensi agnata est, ab eâ, si fieri posset, cooptetur, sicque fiat jurium Magistrorum

in artibus

in Artibus Parisiensium particeps.

3.° Lecta et recognita sunt quae fuerant Superioribus Comitiis acta et Statuta.

4.° Placuit indici proximas Universitatis Supplicationes ad diem Veneris 18. hujus mensis.

Et ita super his quatuor Capitibus, audito prius super Singulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

8. mart. Anno dni 1746, die octavâ mensis Martii, nimirum feriâ tertiâ secundae in Quadragesimâ hebdomadae, horâ Septimâ matutinâ, habita sunt, pro-more antiquo, Comitia Universitatis in Maturinensi ad aperiendum Rotulum.

1.° Postulante M. Le Neveu, Syndico, Placuit, aperiri Nominationum Rotulum.

2.° Lectus est Libellus Supplex, Universitatis nomine Regi offerendus, super Declaratione diei 27. april. 1745, quâ Patronis Ecclesiasticis fit potestas mensibus Januario et Julio eligendi ex Graduatis-nominatis, non antiquiorem, sed quemcumque ipsis visum fuerit. Illius libelli exempla jam ante tradita fuerant Singulis Deputatis, ut ea privatim expenderent atque etiam cum Ordinibus suis communicarent. Itaque variae ab iis prolatae sunt animadversiones; quae ipsae ut expenderentur maturius, atque etiam novae, si casus ferret, adderentur, Placuit, iterum in eam rem haberi comitia ad diem hujus mensis undecimam.

Et ita super his duobus Capitibus conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

11. mart. Anno dni 1746, die undecimâ mensis Martii, ex Superiori conclusione habita sunt extrà ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinaeo.

Lectus est iterum Libellus Supplex de Graduatis diuque et maximâ cura inspectus et examinatus. Nonnulla immutata sunt, nonnulla sublata, pauca adjecta; cumque sic emendatus, omnium sententiis comprobatus esset, Placuit, eum accuratè describi, et quamprimum fieri poterit Illustrissimo franciae Cancellario offerri. Quum autem prolixior esse videretur, quam ut facile possint manu exarari tot ejus exempla, quot necesse est tam intrà quam extrà Universitatem distribui, Placuit, eum typis mandari.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

18. mart. Anno dni 1746 die decimâ-octavâ mensis martii, habita sunt Comitia centuriata Universitatis in Maturinensi.

Primum in angulo consessum est, vocatique sunt, si

qui-

qui essent, Supplicantes.

Accessere ad Sacramentum tres novi Librarii, ad. de Reuilly, uno ex adjunctis, praesentati, scilicet Augustinus Mauritius Lottin, Josephus Gerardus Barbou, et Claudius Lamesle. — Lottin, Barbou, Lamesle } Librarii.

Deinde ventum est in Comitium, ubi postquam peroravit amplissimus Rector, Omnes Academici Ordines rata et grata habuerunt quae gesta in suo trimestri Magistratu, litterasque ipsi commendatitias decrevere, simulque amplum praebuere Comitatum ritè procedenti ad eadem Deo Sacram sub invocatione S. Martini in regali coenobio S. Martini de Campis.

Ibi Sacris operatus est S. M. N. Dnus Gargey, Doctor Theologus: Sacram Concionem ad populum habuit M. Corsembleu, Doctor itidem Theologus; eucharisticam verò ad Pontificem M. Lebel, Rhetorum Mazarinaeorum alter. S.

Fromentin Rector.

Anno Dni 1746, die vigesimâ-quartâ mensis Martii, habitaque comitia generalia praelaris Artium facultatis in Maturinensi. — 24 Mart.

Postquam peroravit Amplissimus Rector factaque ab eo ea supplicandi potestas, Supplicarunt Josephus S.t Heran, Clarimontensis, ut é nominibus suis tollatur nomen, francicum, quod malè sumpsit in utroque Logicorum Catalogo: Stephanus Delartigue, diac. Baionensis, in Artibus Magister, ut é nomine suo detrahatur nomen Dilassou tùm in Catalogis, tùm in Litteris Magisterii aliisque actis quibuscumque Academicis: Jacobus Stephanus Vincentius de Martonne de Vergetot, acol. Rotomagensis, ut cognomentum, De Vergetot, in priore Logicorum Catalogo omissum restituatur: Antonius Gaspar Poitevin, Bajocensis, ut pro Gaspare Antonio scribatur Antonius Gaspar in Catalogis philosophicis: Ludovicus Claudius Mazurier, presbyter Parisiensis, ut in omnibus Catalogis et actis quibuscumque Academicis pro Claudio Ludovico scribatur Ludovicus Claudius: Maria Josephus de Serignac Bellemont, diaconus Auscitanus, ut immunis fieret ab onere scribendi libellos philosophicos, ob oculorum et pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Maurier, Doctor Medicus Parisiensis: Maria Carolus de Polastron Laithiere, diac. Tolosanus, ut immunis gratiter fiat ab onere scribendi propter pectoris infirmitatem ac dolorem, testante eodem M. Maurier: Joannes Stephanus Parent, clericus Divionensis, ut pro uno anno sibi in Universitate Parisiensi imputetur biennium philosophicum a se confectum in Cadomensi, nimirum a Dionysialibus anni 1742 ad indutias Academicas anni 1744, ut constat ex Litteris Patentibus dictae universitatis Cadomensis in Tabulario Academico Parisiensi depositis: Alexander

S.t Heran. — De Lartigue. — De Martonne de Vergetot. — Poitevin. — Mazurier. — De Serignac Bellemont. — De Polastron Laithiere. — Parent.

Dienart.

=xander-Dionysius Dienart, Maldensis, Magister Artium in Univer=
=sitate Remensi, candidatus Medicinæ in Celeberrimâ facultate
Parisiensi ac ad proximam Licentiam admissus, ut pro antiquâ ne=
=cessitudine quæ Remensis Academia cum Parisiensi, quasi cum
Matre filia, conjungitur, à præclarâ Artium facultate coop=
=tetur, Si (quod speratur) examinibus tentatus, Magisterio dignus
habeatur.

Auditus est de his Supplicibus M. Le Neveu, Syndicus, qui de Ale=
Dienart =xandro-Dionysio retulit, quæ de eodem habentur in Conclusione factâ
die 5ª hujusce mensis cap. 2. dixitque nihil sè morari, quominùs illius
et cæteris Supplicibus indulgeatur.

Cum amplissimus Rector postulavit, ut per meritissimum eumdem
Syndicum legerentur Litteræ ad se Rectorem ab Illustrissimo rei bellicæ
Administro Regis nomine ac jussu scriptæ, quarum hic tenor est:

Le Roy a toujours donné, Monsieur, des marques de sa protection
a l'Université, et la faveur dont il l'a laissé jouir par rapport aux
Engagemens des personnes qui y estudient, en est une preuve bien marquée.
L'intention de Sa Majesté n'est point de rien changer a un usage aussi
utile au progrès des Lettres. Mais comme le meilleur moyen de l'assurer
est d'en arrester l'abus, et qu'il s'élève tous les jours des difficultez à l'ex=
=cution de ces engagemens, que Sa Majesté veut prevenir, Elle m'a chargé
de vous faire part de Ses intentions, qui sont, Que vous teniés la main
a ce qu'à commencer du mois d'Avril prochain les Professeurs tiennent un
Catalogue exact de tous les Ecoliers qui sont dans leurs Classes, qu'ils ayent soin
de les y faire inscrire tous dans le courant dud. mois d'avril, avec leurs
noms de Batême, leur age et leur pais; qu'ils fassent un double de ce Cata=
=logue qu'ils remettront au Greffe de l'université a la fin dud. mois d'A=
=vril en le certifiant veritable.

Aux mois de Juillet, Octobre et Janvier il sera fait de semblables
Catalogues, lesquels seront pareillement remis audit Greffe dans les derniers
jours du mois de Janvier, Avril et Juillet, et a l'egard du Trimestre
d'Octobre dans les derniers jours du mois de Novembre.

Huitaine après la remise desdits Catalogues, vous en ferés remettre
des doubles a M.r le Lieutenant General de Police, et vous les certifierés
veritables.

L'intention du Roi est aussi, que dans le Courant de chaque Trimestre
vous vous transportiés vous mesme, ou que vous envoyiés de votre part une
personne sûre dans toutes les Classes depuis la Sixe. jusques et compris
la Rhetorique, à l'effet d'y faire l'appel de tous les Ecoliers inscrits sur
les Catalogues des Professeurs et verifier s'ils prennent regulierement leurs
Lecons. Vous sentés que les Professeurs ne doivent point estre prevenus
du jour de votre transport.

Vous ne manquerés pas de faire passer a M.r le Lieutenant gnal
de Police cet Appel dans la huitaine du jour qu'il aura été fait,

et vous

I.S.4 D.L.F.

1746. Mart. 50.

et vous aurés attention d'y faire mention du nom des Ecoliers qui se seront trouvés absens ; l'intention de Sa Majesté estant, que tout Ecolier qui deux Trimestres de Suite ne se sera pas trouvé audit appel, ne puisse profiter de l'exemption dans laquelle Elle veut bien conserver l'univer= =sité, a moins que ces Ecoliers ne justifient d'une maladie ou de quel= =qu'autre empechement legitime.

Les Ecoliers qui auront manqué deux Trimestres a se faire inscrire ne pourront non plus pretendre a cette faveur ; et si je m'appercevois qu'il en fust fait le moindre abus, je ne pourrois me dispenser d'en rendre compte à Sa Majesté, et vous sentés qu'un abus en pareil cas en pri= =veroit pour toujours.

Le Roi veut aussi, que les attestations que vous donnerés aux Ecol= =liers qui se seront engagés, sur le certificat d'Etudes donné par les Pro= =fesseurs qui vous sera representé, et sur la verification que vous ferés faire sur les Registres deposés au Greffe de l'université, que sur les Etats d'appel que vous aurés fait faire dans les Classes dont vous ferés men= =tion dans l'attestation que vous donnerés, soient visées par M. le Lieu= =tenant gnal de Police, et faute de ce Visa ces attestations seront nulles.

N'estant pas juste non plus que des Officiers restent longtemps dans l'incertitude de la validité d'un engagement sous pretexte de la recla= =mation de l'Exemption de l'université, dans la huitaine du jour qu'un Etudiant l'aura reclamée il sera tenu de faire remettre a M.r le Lieute= =nant gnal de Police l'attestation que vous lui donnerés dans la forme ci dessus indiquée, à faute de quoi il sera privé de la grace que Sa Ma= =jesté veut bien faire.

Enfin un Etudiant ne pourra faire usage que deux fois de cette Exem= =ption ; et dans le cas ou il auroit été dégagé deux fois en vertu de ladite Exemption, s'il s'engage une troisieme, on ne pourra plus la reclamer en sa faveur, et l'engagement sera bon et valable. M.r le Lieutenant gnal de Police tiendra a cet effet un Registre, dans lequel il sera fait men= =tion de tous les Congés accordés aux Etudians de l'université avec leur age, pais et noms de baptesme et de famille.

Vous tiendrés la main conjointement avec le Syndic de l'université a l'execution des ordres que je Vous adresse, et vous en ferés part aux Doyens des facultez de Theologie, Droits et Medecine, afin qu'ils aient a s'y conformer chacun en ce qui les concerne. Et faute par eux de le faire, ils ne pourront pretendre a la grace que le Roi veut bien accorder à l'université en general, et à la faculté des arts en particulier.

Vous ferés aussi mention de ces ordres sur vos Registres et vous y ferés transcrire ma lettre. Je suis, Monsieur, Votre tres humble et obe= =issant serviteur. Signatum, Dargenson.

Sequuntur alice litterae ab eodem Illustrissimo Comite Rei bellicae
Administro ad meritissimum Syndicum scriptae

A Versailles le 21 mars 1746.

Je vous envoye, monsieur, copie de la Lettre, que j'ecris de la part du Roi

BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

du Roi a monsieur le Recteur. Elle contient un Reglement au Sujet des Enga=
=gemens des Ecoliers. Sa Majesté veut bien conserver à l'université la fa=
=veur dont elle a joüi jusqu'a present. Mais son intention est d'empescher
les abus qui en pourroient naistre, et d'applanir en mesme temps les diffi=
=cultez qui pourroient se rencontrer. Vous aurés Soin de faire lire ma
Lettre dans votre prochaine assemblée, de la faire inserire dans vos re=
=gistres, et vous m'informerés de ce qui se sera passé a cet egard. L'in=
=tention du Roi est aussi, que conjointement avec M. le Recteur, vous
Veilliés a l'execution du Reglement que je vous envoye de la part de
S.a Majesté, et especialement a la confection des Catalogues et a l'appel
qui se fera tous les trois mois dans toutes les Classes, et que vous en ren=
=diés compte a M.r le Lieutenant gn.al de Police. Je Suis, Monsieur,
Votre tres humble et tres affectioné Serviteur. Signatum, Bargenton.

Lectis his Litteris, Amplissimus Rector dimisit Nationes ad
deliberandum de Supplicibus, ad confirmandos Quatuorviros, et
mentem aperiendam de Supra Scriptis Litteris, quas meritissimus Syn=
=dicus executioni demandari postulavit. Petiit insuper amplissimus
Rector ut rata et grata haberentur, quae gessit in Suo trimestri
Magistratu, decerneretque Sibi Litteras commendatitias.

Dimissae Nationes ad deliberandum ac deinde reversae retu=
=lerunt per Ornatissimos Procuratores 1.° Se rata et grata habere
quae gessit amplissimus Rector in Suo trimestri Magistratu, eoque
nomine litteras ipsi commendatitias decernere. 2.° Confirmatos esse
Quatuorviros privatis in Comitiis manè electos, nimirum in honorandâ
Natione M. Christianum LeRoy, in Cardinalitio Rhetorem; in fidelis=
=simâ Mgrum Nicault; in Venerandâ Mgrum LeVieil, Exprocura=
=torem; in Constantissimâ Mgrum Lallemand, Rhetorem in Mar=
=chiano. 3.° Gratissimum esse Singulis Nationibus, quod fecit Vir Illus=
=trissimus Rei bellicae Administer in tuendo antiquo Universitatis privi=
=legio; inscribendos in Tabulis Universitatis Litteras ab eo ad am=
=plissimum Rectorem Regis nomine ac jussu Scriptas, ac quaecumque
in iis praescribuntur executioni demandanda; rogandum amplissi=
=mum Rectorem, ut assumptis, quos ipsi visum fuerit, Comitibus,
adeat ad praefatum Illustrissimum Rei bellicae Administrum, itemque
ad Vigilantissimum Politiae Praetorem, et utrique gratias agat
nomine praeclarae artium facultatis. 4.° Omnibus Supplicibus, qui
votivarum nomina Sua emendari in actis academicis, itemque Philoso=
=phiae Candidato qui petiit, ut biennium Cadomense Sibi hîc pro uno
anno imputaretur, sine exceptione indulgere. 5.° Tres Nationes concef=
=serunt, ut Supra memoratus Alexander-Dionysius Dienert, magister
artium Remensis, ad examina tùm Baccalaureatûs, tùm Licentiae
in artibus admitteretur, et, si magisterio dignus judicatus fuerit,
inter magistros artium hujusce praeclarae facultatis admitteretur et
cooptaretur. 6.° Omnes Nationes iis indulserunt qui Supplicarunt ut immu=
=nes fierent a scribendis Lectionibus; duae tamen voluerunt, ut et illi et
qui deinceps ejusmodi immunitatem impetrabunt, tenantur Lectiones Suo=
=rum Professorum alienâ manu exaratas habere Sibi praegravatas, easque

non Solùm

non solùm edisere ac sequi toto Studii Philosophici cursu, sed etiam Cen=
=sori suæ nationis exhibere, cum de se ad artium examina accingent;
ac ne quis fraus fiat, censuerunt eadem Nationes, decernendum, ut in
posterum Censores singularum Nationum perferent codices sibi a quovis
Candidatorum exhibitos. Amplissimus Rector quum in alia cajitu se=
=cundum pluralitatem concluisset, in hanc postremam sententiam cum
duabus præfatis Nationibus, nemine ex aliis reclamante, concluisit.

Tum Quatuorviri, præstito sacramento, Conclave subierunt, unde
digressi retulerunt per Magrum le Roy, se prorogasse fasces Rectorios am=
=plissimo Vivo M. Petro Fromentin. Quæ prorogatio ab omnibus natio=
=nibus probata est et confirmata.

Et ita concluisit amplissimus Rector. /. approuvé la ratuve de
deux mots dans l'autre page. /.

Fromentin, Recteur.

Anno dñi 1746, die secundâ mensis Aprilis, habita fuit 2. April.
Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissi=
=mum Rectorem in Mazarinæo. Quibus in Comitiis primum
interfuerunt MM. Franciscus Brennet et Philippus Dela=
=Roche, ille Normanicæ Nationis novus Procurator, hic Ger=
=manicæ.

1° Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii
Artium et quinquennii M. Felix-Emmanuel Michaux, presb.
Parisinus. De eo retulit M. Lefevre, Syndicus, ac dixit, se
vidisse tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum, quos
audivit testimonia, quibus constat quinquennem Studiorum
Cursum ab eo rite fuisse ac legitime peractum, cæteraque
instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus
omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Pla=
=cuit, annuì postulationi præfati Supplicis.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comi=
=tiis acta et Statuta.

3° Lectum est Senatusconsultum, die 8.ª mensis Martii pro=
=xime elapsi factum, de Solemni præmiorum distributione. —
Placuit, rogari Amplissimum Rectorem, ut cum quibus vo=
=luerit Deputatis adeat, honoris causâ, Illustrissimum Senatûs
Principem et Illustrissimum Procuratorem Catholicum, atque
etiam integerrimum Senatorem Dñum Macé, totius rei Re=
=latorem, iisque gratias agat nomine Universitatis; prædictum=
=que Senatusconsultum cum omnibus actis illi adnexis in Com=
=mentarios Universitatis referri.

4° Quod dixit meritissimus Syndicus, se, nomine Universi=
=tatis, Procuratoribus rerum Cajituli Ecclesiæ Parisiensis, —

Francisca=

Franciscanorum, et B. Mariæ de mercede cogiam fecisse ex variis Contractibus, quibus legata Dñi LeGendre continentur, eligendi et sibi assumendi quod competeret ad explendam legatorum partem quæ ipsis attributa est; eos autem remisisse, cum dicerent, suam partem, ut pote quæ ad Sacra pertineat, in universo Lega= =to esse constitutam, ita ne nihil pericitari debeat, quamdiu ex legato superest, quod eam præstare et efficere possit, De eâ re, Placuit, fieri potestatem meritissimo Syndico jure agendi cum præfatis Procuratoribus, ut teneantur partes suas ex dictis Contractibus eligere ac sibi habere, ita ut quæ pars Universitati relinquatur libera omninò maneat.

5° Auditâ ornatissimorum in re Collegii Marchiani Deputa= =torum et Mgri Fontaine Syndici vices hac in parte agentis relatione, Dictum est, Rationes Accepti et Expensi, quæ per Conclusionem Tribunalis Academici die 14 Januarii proximè elapsi Deputatorum examini subjecta fuerant, rectè et ordine factas videri; atque adeò, Eorum, qui reditus præfati Collegii ab anno 1723 gesserunt, fidem approbari: exhibendas esse Amplissimo Rectori Tabulas et Ordinationes, quarum autoritate nonnulla Domus et aliquæ Collegii partes refectæ sunt, officiario= =rumque et Bursariorum reditus aucti, vel imminuti ab anno 1678.

6° Placuit, mandari fidelissimo universitatis Quæstori, ut sum= =mam viginti quatuor Libellarum eroget honesto Viro de Kenique, minori Picardicæ Nationis Apparitori, morbo et inopiâ laboran= =ti. Et ita super his sex capitibus, audito primùm super singulis meritissimo Syndico, aut Syndici vices gerente, conclusit am= =plissimus Rector.

Sequitur tenor Senatusconsulti, quo cautum quoddam lega= =tum Dñi LeGendre, Ecclesiæ Parisiensis, dum viveret, Canonici, Universitati attribuitur ad Solemnem præ= =miorum distributionem.

Extrait des Regîtres du Parlement.

Veu par la Cour la Requeste a elle presentée par le Procu= =reur gnal du Roi, contenant, Que la Cour par son arrest du premier Juillet 1744 auroit entre autres choses ordonné, que les Contracts sur l'Hostel de Ville de Paris montant en prin= =cipal a 58760.ᵗᵗ produisant 1469ᵗᵗ de rente, ensemble le Contract de constitution de 440.ᵗᵗ de rente au principal de 11000.ᵗᵗ sur l'Eglise Collegiale de St. Benoist, provenans de la succession de l'abbé LeGendre, chanoine et Souchantre de l'Eglise de Paris, seroient delivrés à l'Université de Paris, pour par elle avoir la jouissance desdites rentes et en vertu= =voir les

=voir les arrerages, a la charge par ladite Universitté de Paris
de payer chacun an sur les susdites rentes la Somme de trois
cens livres pour trois Obits y énoncés, comme aussi de payer
les droits d'amortissements, si aucuns sont dus pour lesdits
Obits, et d'employer le Surplus des arrerages desdites rentes
par chacun an a la distribution de prix, soit de prose
ou de poësie Latine ou françoise a des Etudians es arts
de ladite Universitté; a l'effet de laquelle distribution
de prix le Recteur de l'Universitté tenu de donner a la Cour
son avis par ecrit sur la forme et les conditions qu'il
trouvera les plus avantageuses pour exciter l'emulation
des Etudians, pour, ledit avis communiqué au Procureur
gnal du Roi, estre par lui requis, et par la Cour ordon=
=né, ce que de raison. Cet arrest ayant eté communiqué
aux Deputés et au Sindic de l'universitté, elle auroit
rendu un Decret le 7 Novembre 1744 portant accepta=
=tion de l'attribution faite en sa faveur du Legs de
l'abbé Le Gendre, avec la modification neantmoins
que dans le cas ou les Contracts ci dessus essuyeroient quel=
=que alteration soit dans le principal, soit dans les arre=
=rages, qu'en ce cas l'universitté ne pourroit estre tenüe
de Suppléer du sien pour fournir soit aux Obits designés,
soit a la distribution des prix. Le Recteur de l'universitté
ayant avoir consulté tous les membres d'icelle auroit joint
a ce Decret son avis, dans lequel ayant avoir exposé,
Qu'il y a longtemps que l'universitté sent combien il seroit
avantageux et aux Estudes et a l'Emulation qui en est
l'ame, 1.° qu'outre les Discours publics qui se font de tems
en tems dans quelques uns des Colleges de l'universitté, il y
en eust un qui se fist reglement chaque année en son
nom et d'une maniere plus Solemnelle. 2.° Qu'outre les dis=
=tributions particulieres des prix que les Principaux font
tous les ans dans leurs Colleges, il y en eust une generale
pour les Ecoliers de tous les Colleges, reunis, en vertu de com=
=positions aussi generales, ou ils auroient concouru tous en=
=semble: Mais qu'attendu la modicité de Ses Revenus,
elle a eté jusqu'a present reduite a desirer la chose
sans la pouvoir executer. Le Recteur fait ensuite plu=
=sieurs observations, qui roulent principalement sur le
nombre des prix qui peuvent estre distribués en Rheto=
=rique, en Seconde et en troisieme; sur le temps des compo=
=sitions, sur l'annonce qui en sera faite, le choix de ceux
qui seront admis a Composer, le bon ordre et le silence
qui doivent regner pendant la composition, la façon dont il
sera procedé a l'examen des compositions, et de ceux destinés

a l'exa=

a l'examen d'icelles; l'annonce du jour de la distribution des prix dans laquelle on inserera le nom de celui qui prononcera une harangue Latine, la forme de l'assemblée et le ceremonial qui y sera observé; sur ce que pourront couter les prix, et ou pourront aller les depenses qu'entraine la distribution publique d'iceux. A cet avis le Recteur de l'université auroit joint un Memoire particulier, par lequel il expose, Que la seule Nation de Normandie souhaitteroit que les prix qu'on propose d'établir pour les trois Classes de Rhetorique, de seconde et de Troisieme, s'étendissent aux trois dernieres Classes d'humanitez, en mettant deux prix pour chacune d'elles. Sur ce dernier memoire le Procureur gnal du Roi croit devoir observer a la Cour, que si d'un costé il est important d'exciter l'émulation des Classes inferieures, d'un autre costé il paroist qu'on doit se rapprocher des vues du Testateur, lesquelles n'ont embrassé que des Ouvrages limés, dignes d'estre presentés au public, ce qui ne peut certainement pas tomber sur des Ouvrages, qui sortans des Classes inferieures ne presentent rien d'interessant, soit pour la matiere, soit pour la forme que les enfans sont capables d'y donner. A quoi il faut adjouter et la modicité du Revenu destiné a ces prix, et la depense necessaire pour donner a la distribution d'iceux un eclat qui la releve, et qui excitant le Public a s'y trouver augmente l'emulation et des Ecoliers et de ceux qui doivent travailler au discours dont elle doit estre précédée. Il ne s'agit donc plus aujourd'hui que de mettre promptement l'université en etat de satisfaire aux conditions qui lui ont été proposées; A CES CAUSES requiert le Procureur gnal du Roi estre ordonné, que les deniers, qui après l'acquittement des trois Obits énoncés dans l'arrest du 1er Juillet 1744, ensemble les droits d'amortissement, si aucuns sont dus, resteront des dix neuf cents livres de rente adjugés par le mesme arrest a l'université, seront par chacun an employés a une distribution generale de prix, a laquelle participeront les Ecoliers de tous les Colleges de ladite université, a laquelle distribution, qui sera précedé d'un Discours Latin, et aux compositions generales, sera procedé en la forme enoncée au Memoire du Recteur de l'université; a l'effet de quoi ledit Memoire et le Decret de l'université du 7 novembre 1744, portant acceptation de l'attribution du legs de l'abbé Le Gendre seroient annexés a la minute de l'arrest qui interviendroit sur lesdites Conclusions; Vu aussi les pieces attachées a ladite Requeste, signées de lui Procureur

gnal

gnal, Oüi le rapport de Mre Claude-Jean Macé, Con=
=seiller, Tout conviveé, La Cour Ordonne, que les
deniers, qui agres l'acquitement des trois obits énoncés dans
l'arrest du 1.er Juillet 1744 ensemble les droits d'amortisse=
=mens, si aucuns sont dus, resteront des dixneuf cens livres
adjugés par le même arrest a l'univertité, seront par=
chacun an employés a une distribution generale de prix,
a laquelle participeront les Ecolliers de tous les Colleges
de ladite Univertité; a laquelle distribution, qui sera
précédée d'un Discours Latin, et aux Compositions=
generales, sera procedé en la forme enoncée au memoire
du Recteur de l'univertité, a l'effet de quoi ledit
Memoire et le Decret de l'univertité du 7. novemb.
1744 portant acceptation de l'attribution du legs de
l'abbé Le Gendre, seront annexés a la minute du pré=
=sent arrest. fait en Parlement cetuit mars mil sept
cens quarante six. Collationé, Langelé. Signé, Dufranc/.

Suit la teneur du memoire pour l'établissement d'un
Discours publie dans l'univertité et d'une distribution
generale de Prix communs a tous ses Colleges, presentés
a nos Seigneurs de Parlement par le Recteur et son
Conseil, en Consequence de l'arrest rendu le 1.er Juillet
1744 et annexé a la minute de celui rendu le 8 mars
1746.

Il y a longtemps que l'univertité sent combien il
seroit avantageux aux Etudes et a l'Emulation qui en
est l'ame, 1.° Qu'outre les Discours publics, qui se font de
temps en temps dans quelques uns de ses Colleges a la volonté
des Particuliers qui veulent bien s'en donner la peine, il
y en eust un qui se fist reglément chaque année en son
nom et d'une maniere plus solennelle. 2.° Qu'outre les distri=
=butions particulieres de prix, que les Principaux font tous les
ans chacun dans leurs Colleges, il y en eust une generale pour
les Ecolliers de tous ses Colleges réunis, en vertu de Composi=
=tions aussi generales, ou ils auroient Concouru tous ensemble.
Mais comme un pareil etablissement emporte necessairement
des frais considerables, et que les revenus de l'univertité
sont par leur modicité sont a peine suffisans pour ses
charges et dépenses ordinaires, elle s'est veüe jusqu'a pre=
=sent reduite a desirer la chose sans la pouvoir executer.

Le Parlement toujours attentif au Bien public et tou=
=jours plein de zele pour le procurer lui en presente aujour=

=d'hui les

=d'hui les moyens par l'application d'un legs, fait par le feu
S.r abbé LeGendre, Chanoine de l'Eglise de Paris. Mais,
avant tout, le Parlement, qui en faisant le bien veut le
faire regulierement, demande d'estre instruit des Vües de l'Uni=
=versité par rapport a cet objet et de quelle maniere elle se
propose de le remplir.

C'est pour satisfaire a un si juste desir que le Recteur et
son Conseil ont l'honneur de mettre sous les yeux de la Cour le
Plan qui suit, partagé en cinq Chapitres.

Chapitre premier.
Compositions.

Rhetorique.

En Rhetorique, quatre Compositions: Scavoir, deux discours
en prose l'un en Latin, l'autre en françois; une piece de vers
Latins; et une Version de Grec en françois.

Observer, qu'il est d'usage, que plusieurs Ecoliers redou=
=blent leur Rhetorique, et ne la redoublent que parce qu'ils ont
déja reussi dans une premiere année, ce qui leur donne un avan=
=tage considerable sur les Nouveaux. C'est pour cela qu'on a
coutume de les distinguer dans la distribution des prix, de maniere
que si ces Veterans l'emportent sur les nouveaux, les prix qu'on
leur donne n'empeschent pas les Nouveaux d'avoir les leurs, au
lieu que si les Nouveaux passent devant les Veterans, les Vete=
=rans n'ont rien du tout. En voici l'ordre et la Combinaison.

Si dans une Composition ce sont deux Nouveaux qui aient
les deux premieres places de tous ceux qui ont composé, les Ve=
=terans n'ont ni prix, ni accessit, dans cette Composition.

Il en seroit de même, si le premier des Veterans n'avoit
que la Seconde place; n'etant pas naturel qu'il y eust un
Second prix, ou il n'y en a point eu de premier.

Si deux Veterans ont les deux premieres places de tous
ceux qui ont composé, ils ont leurs deux prix, et les deux pre=
=miers des nouveaux en ont deux pareillement.

Si c'est un Veteran qui ait la premiere place, un nou=
=veau la Seconde, et un Veteran la troisieme, les Veterans
ont encor leurs deux prix, comme les nouveaux ont les deux
leurs.

Mais si un Veteran a la premiere place, deux nou=
=veaux la seconde et la troisieme, et un Second Veteran la
quatrieme, ce Second Veteran n'a point de prix; ce qui est
fondé sur ce principe, que dans la meme espece un Vete=

=ran n'a

=ran n'avien en Second ; c'est a dire, par exemple, qu'un Nou=
=veau ayant eu un Second prix, il n'y a point de Second prix
pour les Veterans.

Apres les prix viennent les accessit, qui sont ordinai=
=rement au nombre de quatre, ne pouvant aller jusqu'a Six

Pour que les Veterans aient part aux accessit, il faut
qu'ils aient mieux fait que tous les nouveaux, même les nou=
=veaux qui ont eu des prix ; et cela ne se peut trouver
qu'en un seul cas. C'est lorsque deux Veterans ayant rem=
=porté les prix avant tous les Nouveaux, il reste encor
des Veterans entre ces deux premiers, et le premier des
nouveaux. Ces Veterans intermediaires sont repettés
apres les deux prix des nouveaux a titre d'accessit
jusqu'au nombre de trois et pas plus ; et alors les nou=
=veaux ont les trois accessit suivans. Il en seroit
de même, s'il n'y avoit que deux Veterans, ou meme
un seul, qui eussent des accessit. Mais si nul Veteran
n'a d'accessit, alors tous les quatre sont pour les
nouveaux.

Si quelqu'un, Veteran ou Nouveau, se trouve
avoir eu le premier accessit en chacune des quatre
Compositions, il aura un prix.

On voit par ce detail, qu'en Rhetorique les nouveaux
ont toujours huit prix dans les quatre Compositions, et
peuvent en avoir neuf ; et que les Veterans peuvent bien
en avoir neuf, mais qu'ils peuvent aussi en avoir moins,
et même point du tout : que par Consequent les prix de
Rhetorique peuvent aller jusqu'a dix sept, et ne peuvent
estre au dessous de huit.

Seconde

En Seconde, trois Compositions ; Sçavoir une Traduction
de françois en Latin, une piece de Vers Latins, et une Ver=
=sion grecque.

Observer que les Veterans de cette Classe et de la Sui=
=vante sont confondus avec les nouveaux ; parceque ceux
qui les redoublent, ne le font ordinairement que parcequ'ils
ne sont pas assés forts pour monter plus haut.

En chaque composition il y aura deux prix et quatre
accessit. S'il se trouve quelqu'un qui ait eu le premier
accessit en chacune des trois Compositions, il aura un
prix ; ce qui fait en tout six prix, et dans le dernier
cas Sept.

Troisieme

Troisieme

En Troisieme, trois compositions ; Scavoir, du françois a mettre en Latin, du Grec en du Latin a mettre en françois.

Les prix, de même qu'en Seconde, c'est a dire Six pour les trois compositions, en eux plus Sept.

Nombre des prix pour les trois classes.

De tout ce qui a été dit dans ce premier chapitre il résulte, que le nombre des prix pour les trois Classes ne peut estre au dessous de Vingt, en peut aller jusqu'a trente en un.

Chapitre II.

Maniere de proceder aux Compositions.

Ces Compositions se feront toutes dans le cours du mois de Juin. M. le Recteur annoncera par un Mandement les jours en les lieux ou elles se feront.

Les Regens des Classes Composantes choisiront parmi leurs Ecoliers ceux qu'ils croiront en etat de concourir. Ils en feront une liste qu'ils remettront a M. le Recteur signée d'eux. Les Professeurs de Rhetorique auront attention de distinguer dans leurs listes les Veterans en les nouveaux. Ceux des Ecoliers qui n'auront pas commencé a etudier avant la seconde Semaine de Careme dans celle des Classes Composantes pour laquelle ils se presenteront, ne seront point admis a concourir a moins qu'ils n'ayent etudié cette même annee dans la mesme classe en un autre College de l'université.

Les Ecoliers ainsi choisis en envoyés par leurs Regens se rendront dans le lieu destiné a les recevoir a l'heure qui leur sera marquée. La matiere sera envoyée par M. le Recteur sous une enveloppe cachetée, en leur sera dictée par quelque ancien Maitre choisi pour cela.

Le Maitre avant de dicter la matiere appellera les noms des Composans suivant les listes qui lui auront été remises ; en S'il se trouve des Ecoliers autres que ceux ecrits dans ces listes, il les renvoira.

La matiere dictée, il y aura deux maitres chargés de

veiller

veiller a la composition, d'y faire observer le bon ordre et garder le silence, et d'empescher que les composans ne puissent avoir communication avec personne.

Les composans mettront au haut de leurs copies leurs noms et surnoms, leur classe, leur qualité de veteran s'ils sont en Rhetorique et qu'ils aient cette qualité, le nom de leurs colleges et celui de la composition même. S'ils sont obligés d'ecrire sur le revers, ils auront attention de laisser en blanc tout le haut de la page qui repondra a l'endroit de l'autre costé ou ils auront ecrit leur noms et qualitez.

Ils remettront leurs copies entre les mains des maistres, et l'un de ces deux maistres les ira porter sur le champ a M.r le Recteur.

M. Le Recteur fera couper le haut des copies ou seront les noms et qualités des composans, et il fera ecrire a mesure un mot, ou sentence, derriere ces noms, et en mesme tems ce mesme mot ou sentence sur la copie. Il gardera chez lui tous ces noms jusqu'apres l'examen.

Chapitre III.

Examen

Pour proceder a cet Examen, M. le Recteur assemblera 3. 4. ou 6 maistres choisis, qui dans une premiere seance, apres avoir entendu la lecture des copies, faite par l'un d'eux, feront le choix de 15 ou 20 qui seront jugées les meilleures et meriter une attention particuliere; et dans une seconde compareront ces 15 ou 20 copies triées, et decideront de celles qui meriteront les prix ou les accessit.

Ce dernier Jugement etant fait et arresté, les copies resteront entre les mains de M. le Recteur; qui réunissant les noms aux copies dressera une liste de tous ceux qui seront dans le cas d'avoir des prix ou des accessit.

Les maistres destinés a veiller aux compositions seront choisis et envoyés par M. le Recteur seul.

Les maistres destinés a l'examen seront proposés au Tribunal par M. le Recteur, et agreés par deliberation de mrs les Doïens et Procureurs des Nations, le Syndic préalablement oüi.

Chapitre

Chapitre IV.

Distribution des Prix.

L'Examen fait et le Jugement arreté, M. le Recteur de l'avis de Son Tribunal annoncera par un mandement la distribution des prix, la harangue latine qui doit l'accompagner et le nom de l'Orateur par qui cette harangue doit estre faite, le jour (qui ne doit point aller au delà de la my-Juillet) et le lieu de l'assemblée.

Cette assemblée doit estre une Assemblée publique. On y invitera les Personnes de distinction et autres qui voudront bien l'honorer de leur presence, et specialement mrs les Magistrats.

Le Discours sera fait par un Regent de la faculté des arts, lequel sera choisi et designé par M. le Recteur dés le commencement de l'année Scholastique. Cet Orateur prendra son Sujet ou de quelque ~~condition~~ question litteraire, ou des événemens publics, s'il y en a. Il y inserera quelque chose sur la distribution des prix, et quelque chose aussi en l'honneur du Parlement.

M. le Recteur en grand habit, mrs les Doiens et Procureurs et les trois grands Officiers, tous en habits de cérémonie, mais sans epitoges, seront assis sur des Siéges elevés aux deux costez de la chaire. Il n'y aura d'appariteurs que les deux ordinaires de M. le Recteur.

La harangue finie, M. le Recteur viendra se placer dans un fauteuil sur l'Estrade ou seront les prix au devant de la chaire en face de l'assemblée. Mrs du Tribunal quiteront aussi leurs Siéges, et viendront se placer sur des chaises aux deux costez de l'estrade.

Le Greffier prononcera à haute voix une formule, qui sera dressée exprés pour cela de concert avec mrs les Gens du Roi, et appellera les noms de ceux qui auront merité des prix, que M. le Recteur leur donnera, aprés leur avoir mis de sa main une couronne de lauriers sur la Teste.

Ces prix seront des livres bons et utiles, en un ou plusieurs volumes, proprement reliés, ayant d'un costé les armes de l'université, et de l'autre celles de M^r. l'abbé Le Gendre, la premiere page portant le nom de

l'Ecollier

l'Ecollier qui l'aura merité, signée de M. le Recteur et scellée de Son Sceau - Il ne sera point leur forme d'infolio, ou d'inquarto, qui determinera la preference des uns sur les autres, mais uniquement leur valeur intrinseque jointe au nombre des volumes.

A mesure que les Ecoliers receuvront leurs prix, ils iront avec ces prix se placer sur les Sieges que MM du Tribunal auront quités, et y resteront jusqu'à la fin de la distribution, pendant laquelle les Trompetes et Timbales jouëront.

Les noms de ceux qui auront eu des prix, ou des accessit seront ecrits sur le Registre du Greffier et leurs compositions mises dans la chambre du Depott.

Chapitre V.

Frais

Le nombre des prix, comme on l'a observé ci dessus, ne peut passer 31 et ne peut estre au dessous de 20. On peut conter ordinairement sur 24 ou 25.

Vingt cinq prix a 20.# l'un portant l'autre,	500.#
Pour l'Orateur,	200#
Pour la Tenture de la Salle	500#
Pour l'estrade et autres menuiseries	60.#
Pour huit Suisses	48#
Pour Trompétes et Timbales	36.#
Pour les Couronnes	10.#
Pour les invitations a cause des Courses en carosse	50.#
Au Domestique qui Servira aux Compositions a 3.# par jour pour Son diner et salaire	27.#
Pour le droit du Receveur moderé a	50.#
Pour menus frais	24#
Total	1505.#

Signé, fromentin, Recteur.

De Universitatis Decreto, quod supra descripto Senatusconsulto adjunctum dicitur Vide Superiùs ad diem 7. novemb. 1744.

Hæc sunt acta et instrumenta, quæ ger articulum testium hujusce Conclusionis placuit referri in Commentarios Universitatis. J. Fromentin Rector.

19. April.

Anno dñi 1746, die decimâ-nonâ Aprilis, horâ septimâ matutinâ, habita est in Maturinensi Synodus Beneficiatorum Universitatis.

Postquam Amplissimus Rector Synodum aperuit, jussit appellari beneficiatos; quorum nomina per universitatis — scribam hoc ordine recitata sunt.

Pastores Ecclesiarum parochialium.

M. Christophorus Ballot, Licentiatus Theologus, Pastor Ecclesiæ parochialis SS. Cosmæ et Damiani.

M. Claudius Leger, in artibus Magister, Pastor Ecclesiæ parochialis S. Andreæ ab arcubus.

M. Joannes-Baptista-Antonius Cotelle, Licentiatus Theol. Pastor Ecclesiæ parochialis S. Germani Seniorii; ab universi=tate inter majores beneficiatos ultimò nominatus, designan=te Venerandâ Normanorum Natione.

Capellani

M. Carolus Tabourin, in artibus Magister, Capellanus Ca=pellaniæ B. Mariæ in Ecclesiâ parochiali S. Andreæ ab ar=cubus.

Capellaniarum Savoesianarum

M. Bertrandus Robine, Doctor Theologus.

M. franciscus-Carolus Dufour, Doctor Theologus, et Ecclesiæ Parisiensis Canonicus.

M. Petrus-Stephanus Gourlin, Bacc. Theologus.

M. Andreas Lotier, Bacc. Theologus.

M. Josephus Ravy, Bacc. in Jure Canonico.

Capellaniarum de Castelleto,

M. Petrus Meurice, in Utroque Jure Licentiatus.

M. Julianus Chabrun, Bacc. Theologus.

M. Petrus-Maturinus Vaillant, Bacc. Theologus, ab uni=versitate inter minores beneficiatos ultimo nominatus, desig=nante et præsentante fidelissimâ Picardorum Natione.

Capellaniarum de Thesauro regio

M. franciscus Witasse de fontaine, Licent. Theologus.

franciscus Monchablon, clericus.

Absuerunt MM. Cotelle, Tabourin, Dufour, Ravy, Chabrun, et Monchablon, quos inter magistri Tabourin, Dufour et Monchablon=rité fuerunt excusati.

Audito M. Letellier, Syndico, placuit, præsentes laudari;

absentes

absentes verò, qui sonticam absentiæ suæ causam dedere, excusari, cæteros multâ solitâ damnari.

Et ita conclusit amplissimus Rector./. Fromentin Rector.

Anno dñi 1746, die vigesimâ mensis Aprilis, Amplissimus Rector in minore habitu violaceo, comitantibus triginta circiter Deputatis ex singulis Ordinibus Academicis, præeuntibus verò duobus apparitoribus, adiit ad Illustrissimum franciæ Cancellarium eique obtulit Libellum sub hoc titulo, Tres humbles et tres respectueuses Représentations de l'université de Paris au Roi, au sujet de la Declaration du 27 avril 1745 (par laquelle les mois de Grades de rigueur sont convertis en mois de faveur pour les benefices a charge d'ames). Qui quidem Libellus quoniam typis impressus est et habetur in Tabulario Universitatis, hîc non describitur./. N. Piat scriba. 20 April.

Anno dñi 1746, die Septimâ mensis Maji habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. 7. Maj.

1° Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure magisterii Artium et quinquennii MM. Jacobus-Stephanus-Vincentius de Martonne de Vergetot, acol. Rotomagæus; Ludovicus Sinson, acol. Aurelius; Petrus Roche de la Contamine, presb. Lugdunæus; Claudius-Adrianus Delf, clericus Ambianensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii quinquennis tempus ab iis fuisse rité peractum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta.

3° Quòd retulit M. Ludovicus Fontaine, in re Marchianâ Prosyndicus, Viros Clarissimos Mgrum Bresson, Collegii Marchiani Primarium, et Mgrum Nagot, exprocuratorem, iis omnibus satisfecisse, quæ ab illis per conclusionem in postremis Comitiis factam postulata sunt; Quòdque ex eâ relatione compertum est, præfatos Bresson et Nagot, cum dicti Collegii Procuratores essent, nihil gessisse aut suscepisse, nihil persolvisse, nisi rite et ex legitimâ autoritate, reditusque Collegii ordinarios, iis procurantibus, non modò non imminutos, sed etiam auctos esse, atque adeò quidquid sit quod locum causamve dederit ultimæ Bursarum aliorumque stipendiorum suspensioni, de quâ instituta

fuit

fuit querela die 8. mensis Januarii proximé elapsi, nullatenùs iis esse imputandum; De eâ re, Placuit, utriusque probari ac laudari diligentiam et fidem; laudari pariter quam in hac re mger fontai=ne navavit operam, servari quæ ille collegit et conscripsit, ut cum Illustrissimo Archiepiscopo, Collegii Marchiani Superiore, tem=pore et loco communicentur.

4.° De Bernardino Piron, Nuntio Universitatis Jurato, qui diebus 28 aug. et 4. Decemb. anni Superioris postulaverat, ut ad causam suam Universitas accederet, Quód dictum est, Provinciam Are=moricam per Syndicum suum accessisse ad Partes dicto Piron adversas, nimirùm ut ne Privilegia Universitatis Parisiensis locum habeant in dictâ provinciâ; De ea re, audito meritis=simo Syndico, Placuit, subscribere causæ prædicti Piron contrà præfatæ Provinciæ Syndicum, eâ tamen conditione, ut præfatus Piron satisdet damni infecti.

5.° Quód dixit meritissimus Syndicus, se variis Patronis, qui Libellum memorialem de Jure Graduatorum conscripserunt, de=disse summam quingentarum et quatuor libellarum, Placuit, Ratum id haberi.

6.° Placuit, indici diem hujus mensis 25. ad audiendas Quæs=toris Academici Rationes.

Et ita super his sex capitibus, audito priùs super singulis meritissimo Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

25. maji. Anno dñi 1746, die vigesimâ-quintâ mensis maji habita sunt Comitia Deputatorum et Adjunctorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo, ad excipiendas Rationes accepti et Expensi ab universitatis Quæstore per annum 1745.

1.° Auditis probatisque Rationibus, compertum est, summam 461.#, ultrà quam quod acceptum fuit, expensam fuisse.

2.° Quód iisdem in Comitiis dictum est, honestissimam fœminam Dñam Lucas, quæ domos habet in fundo Academico sitas, cum secundum Juris formulas sæpiùs jussa esset Universitatis dominium ejusque in prædictas domos jura censualia Titulo novo, quod aiunt, agnoscere, recusasse pertinaciter; nunc tamen præbere se obtemperantem, ex quo per Senatusconsultum die mensis hujus anni factum damnata est, ejusque præfatæ domus in pœnam recusatæ declarationis fuerunt Universitati adjudicatæ; De eâ re, audito m. Leneveu, Syndico, Placuit, fieri potesta=tem amplissimo Rectori et meritissimo Syndico, ut, acceptâ prædictæ Dñæ declaratione, pœnam per supra-dictum Senatuscon=sultum ipsi irrogatam, sive emolumentum Universitati attribu=tum, dictæ Dñæ Lucas Universitatis nomine remittant.

3.° Placuit

3° Placuit, iterum erogari honesto Viro Dechenique, Nativi Picardicæ appavitori, summam viginti-quatuor libellarum, retento tamen ac deducto quod dictus Dechenique tenetur persolvere ex eo Tributo, quod omnibus Civibus vivitim impositum est.

Et ita super his tribus capitibus, audito primùm super singulis meritissimo Syndico, concluxit amplissimus Rector.

Fromentin Rector.

Anno dñi 1746, die quartâ mensis Junii, habita 4. Junii
sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo: quibus in Comitiis primùm interfuit M. Carolus Dair, novus Picardicæ Nationis Procurator.

1° Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Ludovicus-Claudius Mazurier, presb. Parisiensis; Joannes-francicus Varlet, presb. Bolonien=sis; et Claudius-Thomas Bailly, clericus Bellovacus. De his retulit M. Lenevau, Syndicus, ac dixit, se vidisse testimonia Professorum, quos audierunt, quibus constat cæpitum Studii quinquennii tempus fuisse ab iis peractum; vidisse pariter eorum Litteras Magisterii, præterquam dicti Mazurier; ac demùm omnia instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, exceptis tamen Litteris clericalis Tonsuræ dicti Varlet; nihil morari se, quin iis indulgeatur, si tamen qui excepti sunt, instrumenta, quæ non protulerunt, exhibeant Scribæ Universitatis. Audito meritissimo Syndico, Placuit, ejus præfatis Supplicibus postulata concedi, cum eâ conditione, quam apposuit præfatus Syndicus.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3° Placuit, Redempturam, sive locationem, Juris Rectorii in Bergamenum cum Viro honesto Paulé, eodem, quo fuit antè, vel majore, si fieri potest, pretio renovari.

4° Placuit, indici Supplicationes Universitatis ad diem hujus mensis vigesimam.

Et ita super his quatuor capitibus, audito primùm super singulis M. Le neveu, Syndico, concluxit amplissimus Rector.

Fromentin Rector.

anno

8. Jun. Anno dñi 1746, die octavâ mensis Junii, amplissimus Rector, Decani, Procuratores, majores Officiarii, contule=
=runt se in Scholas facultatis medicinæ, unde eo habitu quo in academico Tribunali sedere solent, præeuntibus duobus apparitoribus, processerunt ad ædes Archiepisco=
=pales Salutaturi Illustrissimum Præsulem D. Jacobum-Bonam Gigault de Bellefont, novum Ecclesiæ Parisi=
=ensis Archiepiscopum. Amplissimus Rector peroravit Latinè, Latinè respondit Præsul, uterque elegenter et cum dignitate. Venientem Universitatem comiter et urbanè Præsul excepit, abeuntem deduxit ad sum=
=mum Scalarum gradum. /. J. Riat Scriba.

20 Jun. Anno dñi 1746, die vigesimâ Junii habita sunt Co=
=mitia centuriata Universitatis in maturinensi

Primùm in Angulo consessum est, ubi Supplicârunt pro Litteris nominationis M. Joannes-Jacobus Godefroy, presb. Ambianensis jure Baccalaureatûs et quinquennii in utroque Jure, jure autem magisterii artium et quinquennii mm. Ludovicus Geslin, diaconus Parisinus; et Josephus-Stephanus-Gualdericus Després, diac. Elnensis, sive Perpi=
=nianus. De his retulit M. Leteveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Gradûs, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii quin=
=quennii curtum fuisse ab iis vitè peractum, cæteraque ins=
=trumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus om=
=nibus nihil desiderari, nisi quod in Litteris clericalis Tonsu=
=ræ præfati Godefroi, scribitur Gaudefroy. Rottulavit meritissimus Syndicus, ut idem ille Godefroy, Baccalau=
=reus in utroque Jure, Sacramentum dicat amplissimo Rec=
=tori intra duos dies juraque Rectoria probet. Audito me=
=ritissimo Syndico, Placuit, indulgeri præfatis Supplicibus-Conditione eâdem ac Syndicus apposuit. Et sic concessit amplissimus Rector.

Itum est deinde in Comitium, ubi postquam peroravit amplissimus Rector, omnes Ordines Academici rata ac grata habuerunt quæ gessit in trimestri suo magistratu, litterasque ipsi commendatitias decreverunt præbuerunt que amplum Comitatum vitæ procedenti ad ædem Deo sacram Sub-invocatione S.ti Mederici.

Ibi sacris operatus est D. artaud, Doctor Theologus, prædictæ Ecclesiæ Pastor. Concionem sacram habuit ad populum D. Riviere, Doctor Theologus, ejusdem Ecclesiæ Canonicus, qui dixit eloquentissimè; eucharisticam autem

ad Ponti=

ad Pontificem orationem habuit M. Lebel, alter é Rhetoribus Mazarinæis./.

Fromentin Rector.

Anno dñi 1746, die vigesimâ-tertiâ mensis Junii, habita sum Comitia ynalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi. 23. Jun.

factâ Supplicandi potestate, supplicârunt Joannes Sweetman, clericus Dublinæus, ut particula, de, tollatur é nomine suo gentilitio in priore catalogo Physicorum: Sweetman.

Armandus-Isaacus de St Martin, clericus Bolonensis, ut dicatur Armandus Isaacus, non, Isaacus-Armandus in utroque Logicorum catalogo: De St. Martin.

Dionysius Lefebvre, acol. Bellovacus, in Artibus Magister, ut littera, b, nomini suo gentilitio inter seratur tùm in Litteris Magisterii, tùm in aliis actis quibuscumque Academicis: Lefebvre.

franciscus-Michaël Coüet du Vivier de Lorry, clericus Metæus, ut immunis fi= =at a describendis per se codicibus philosophicis, tam qui a mense Januario traditi sunt, quam qui reliquo cursûs philoso= =phici spatio tradentur, ob insignem pectoris infirmitatem, quam scripto testatur Mgr Munier, Doctor Medicus Parisien= =sis: Coüet du Vivier-de Lorry.

Mathias-Nicolaus Mariavelle, clericus Parisinus, ut immunis pariter fiat ab onere Scribendi, ob gravem ocu= =lorum imbecillitatem, quam scripto testatur M. Payen, Doctor Medicus Parisiensis: Mariavelle.

Joannes-baptista-Nicolaus Lallemant, clericus Remus, ut annus unus in scholis Philosophicis confec= =tus apud Academiam Remensem, sibi pro uno semestri in Aca= =demiâ Parisiensi computetur. Lallemant.

De hoc Supplice et de duobus Superioribus vide Conclusionem.

De his Supplicibus retulit meritissimus Syndicus, ac dixit, se nihil in quinque prioribus morari; Sextum verò, quem Litteras pa= =tentes Universitatis Remensis non proferat, non videri admitten= =dum.

Cùm, postulante amplissimo Rectore, lectum est Senatus= =consultum de novâ præmiorum distributione (quod vide Supe= =riùs ad diem 2. April.).

Audito meritissimo Syndico, postulavit amplissimus Rector, ut rata ei grata haberentur, quæ gessit in suo trimestri magis= =tratu sibique Litteræ commendatitiæ decernerentur, ac dimi= =sit nationes ad deliberandum de Supplicibus et ad confirman= =dos Quatuorviros matutinis in Comitiis electos.

Nationes, habitâ apud se singulas deliberatione, retule= =runt per Ornatissimos Procuratores 1°. se rata ei grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu ipsi= =que decernere Litteras commendatitias. 2°. Confirmatos à se fuisse Quatuorviros, nimirum in honorandâ Natione Anglicanâ

Bourneau

Fourneau, Philosophiæ Professorem in Grassinæo; in fidelissimâ, ingrum Cingry, Philosophiæ Professorem in Sorbonæ-Plessæo; in Venerandâ, Mgrum Guillard, Baccalaureum Theologum et Virum Procuratorium; in constantissimâ, Mgrum Nagot, Procuratorium, et Professorem emeritum. 3° Censere se tribus prioribus supplicibus indulgendum esse simpliciter, quarto verò et quinto eâ conditione, ut Professorum suorum lectiones aliena manu descriptas habeant in codicibus sibi propriis, quos codices, cum accedent ad examen, teneantur exhibere Nationum suarum Censoribus; velle, ut idem observetur in iis omnibus, qui deinceps ejusmodi immunitatem postulabunt; ac ne fraus in eâ re fiat, mandandum Censoribus, ut in posterum codices philosophicos, qui sibi à candidatis exhibebuntur, diligenter perferent. Quod spectat ad Scitum supplicem, existimare illi indulgendum esse eâ lege, ut proferat Litteras Patentes Universitatis Remensis, in pergameno descriptas, ut moris est, et sigillo ejusdem universitatis munitas, quibus constet de præcedenti supplicii studio, quo tempore inceperit, quo finitum sit, tum ut cognoscatur quam partem philosophiæ Cursûs confecerit, ut alias partes hîc conficiat. 4° gratissimum habere, quod Senatus Parisiensis Statuit de præmiorum distributione generali; rogare amplissimum Rectorem, ut assumptis secum singulis tùm Procuratoribus, tum Censoribus, adeat Illustrissimos Senatûs Principem et Procuratorem Catholicum, et integerrimum Senatorem Dnum Macé, negotii Cognitorem, eique gratias nomine præclaræ artium facultatis referat. Et sic concluso amplissimus Rector.

Nota.

Scitus ille Supplex, nomine Dallemand, protulit Litteras patentes universitatis Remensis, quibus constat, eum Logicæ Studuisse in dictâ universitate a Dionysialibus anni 1743 ad ferias academicas anni 1744. Fiat

Quatuorviri, dicto priùs Sacramento, inter amplissimi Rectoris manus coram præclarâ artium facultate, conclave subierunt, unde digressi retulerunt per Mgrum Nagot, se unanimi consensu elegisse in Rectorem Virum clarissimum M. Franciscum-Nicolaum Guerin, Eloquentiæ Professorem in Collegio Sorbonæ-Plessæo, et antiquum Nationis Germanicæ Procuratorem.

Dimissæ Nationes ad confirmandam eam electionem, ac deinde regressæ, Gallicana, Picardica et Normanica retulerunt, Quamquam sibi videretur Mgr Guerin Rectoriâ juratâ dignus, sibi tamen nec probari, nec placere, quòd præter morem hocce anni Academici postremo Trimestri, Rectorii fasces amplissimo Rectori non prorogentur; atque adeò novam electionem non confirmarent. Sola eam Germanica natio confirmavit.

Amplissimus Rector, priùs quam Sententias renovaret, rogavit Nationes ut electionis, secundum leges factæ, rationem haberent.

Verùm enimverò processit in medium ipse magister Guerin, ac dixit, quamquam sibi conscius esset, nullatenùs

=tenús á se ambitum esse Rectoratum, scireque, se á dignissimis Quatuorviris vitá et canonicé fuisse electum, nolle tamen quidquam dissidii in in Universitate ex causâ exoriri : itaque de jure suo ultró decedere illudque academicæ gaudi libentissimé condonare.

Cùm audito meritissimo Syndico, Ornatissimi Procuratores, nequicquam Mgro Fourneau pro suo Suorumque Collegarum jure reclamante, in Conclave se contulerunt, ac deinde per Mgrum Caffarel retulerunt, se fasces Rectorios prorogasse Amplissimo Rectori. Quæ prorogatio statim a Nationibus prorogata est.

Et ita concluxit amplissimus Rector. /.

Fromentin Rector.

Anno dñi 1746, die secundâ mensis Julii, habita sunt 2. Jul.
Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in mazarineo.

1° Cum nemo accederet ad Supplicandum, Lecta recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

2° Placuit, subsignari ac tradi Administratoribus Capellaniæ S. Yvonis requirentibus Titulum novum, seu declarationem quinquaginta libellarum annui census, quas debet Universitas ob eam fenestram, quâ ex Domo academicâ Sanjacobæanâ conjectus intra eadem dictæ Capellaniæ Sacram datur.

Et ita concluxit amplissimus Rector. /.

Fromentin Rector.

Anno dñi 1746, die quintâ mensis Augusti, amplissi- 5. aug.
=mus Rector, cum Decanis, Procuratoribus, adjunctis, majoribus Officiariis et Apparitoribus, contulit se Versalias, ibique Regi, Reginæ ac serenissimo Delphino, habitâ ad singulos oratione, universitatis dolorem ex morte Serenissimæ Delphinæ testatus est. /. N Piat Scribe.

Anno dñi 1746, die sextâ Augusti, habita sunt 6. aug.
Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in mazarineo.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure magisterii Artium et quinquennii MM. Antonius Marlin, subd. Meldensis; Adrianus Faux, diæc. Ambianensis; Antonius Caron, acol. Ambianensis; Claudius Bernard, clericus Tullensis;

Carolus

Carolus-Dionysius de Beaupoil de St. Aulaire, acol. Lemovi-
=censis; Carolus-franciscus Degrez, diac. Bolonensis; Claudius-
-Stephanus Formey, diac. Catalaunensis; Carolus Balme, acol.
Parisinus; Carolus-franciscus Vallot, clericus. Bellovacus; Ed-
=mundus Bourgoin, acol. Senonensis; franciscus Lagrive, acol.
Parisinus; franciscus-Clarus-Victor Robin, acol. Parisinus;
franciscus Dharmes, clericus Bellovacus; franciscus-Victor
Jourdan, subd. Claromontensis; franciscus-Stephanus Viard,
diac. Virdunensis; franciscus-Petrus Lemaire, acol. Bellova-
=censis; Hector-Aegidius Contant, acol. Ebroicensis; Henricus
Baillard, clericus Carnotensis; Joannes-baptista Dassy,
subd. meldensis; Joannes-baptista-Josephus Doresmieulx,
acol. Audomarensis; Jacobus Vaillant, clericus. Aurelius; Jaco-
=bus Prouteau, diac. Parisinus; Joannes-Vincentius Du-
Trou, acol. Parisinus; Joannes-baptista Fritteau, clericus
Carnotensis; Julianus-Renatus Seigneur, clericus. Cenomanensis;
Josephus-Paulus LeRat, diac. Rotomagensis; Isaacus Giraud,
diac. Blesensis; Joannes-Imbert, acol. Claromontanus; Jo-
=annes-franciscus-maria Vilain, diac. Audomarensis; I-
=saacus-Petrus de Poyllouë de Bonnevaux, diac. Senonensis;
Joannes Aubert, clericus. Cenomanensis; Jacobus Compagnot, a-
=col. Lingonensis; Joannes-Carolus Lemaire, diac. Bellovacensis;
Joannes-franciscus Prevost, subd. Parisinus; Joannes-franci-
=scus Flamant, subdiac. Laudunensis; Josephus Jolivet, acol.
Aurelius; Ludovicus-Benedictus Billecocq, subd. Ambianensis;
Ludovicus Flon, presb. Ambianensis; Ludovicus-franciscus Boulle,
acol. Parisinus; Ludovicus Pierre, diac. Carnutensis; Ludovicus-
-Carolus Engramare, acol. Ambianensis; Ludovicus-hierony-
=mus Ligny, clericus. Parisinus; Ludovicus-felix-Nicolaus-
Godart, acol. Laudunensis; Ludovicus Jolivet, acol. Aurelius;
Michaël Bahola, diac. Baionensis; Michaël Collot, presb.
Remensis; Michaël Bloüin, diac. Lexoviensis; Marcus-Anto-
=nius Henry, subd. Bellovacus; Nicolaus-Antonius-Carolus
Prevost, acol. Rotomagensis; Nicolaus Hebert, subd. Rotoma-
=gensis; Nicolaus Parmantier, acol. Parisinus; Nicolaus-
-Carolus Dorglandes de Briouze, subd. Sagiensis; Nicolaus-
-Joannes Prou des ormeaux, subd. Parisinus; Natalis-Jo-
=annes-baptista Prevôtel, diac. Ebroicensis; Nicolaus-Joan-
=nes Gervais, diac. Carnotensis; Olivarius Lefren, acol. Bri-
=oceus; Petrus Dollon, acol. Carnotensis; Petrus Godart, diac.
Suessionensis; Petrus Champflour, acol. Claromontensis; Petrus-
-Philippus Manoury, acol. Rotomagensis; Petrus Leger, presb.
Senonensis; Paulus-Ludovicus Dohy, diac. Laudunensis; -
Petrus-franciscus Dervelois, diac. Ambianensis; Petrus-Lau-
=rentius Pelletier, acol. Lexoviensis; Stephanus-Guillelmus-
Colombe, clericus Catalaunensis.

De his supplicibus retulit M. Letellier, syndicus, ac
dixit, se vidisse tum eorum Litteras magisterii, tum Pro-
=fessorum

=fessorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquen=
=nam legitimorum Studiorum Cursum fuisse ab iis vitè et ex ordine
peractum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requi=
=sita; in quibus nihil desiderari, præter quæ sequuntur; Joan=
=nes-baptista Litteras non exhibuit Litteras clericalis Tonsuræ:
Cognomentum de Brioude deest in Litteris Tonsuræ Nicolai-Caroli
Dorglander: Carolus-Dionysius-Jacobus de Beaupoil de St. aulaire
omnia nomen, Dionysius, in actis Academicis, cognomentum
autem deest aulaire non habet in Litteris tonsuræ: Michael
Behola protulit Litteras clericalis Tonsuræ, in quibus appella=
=tur de Behola: Joannes-Vincentius du Trou adjecit nomini
suo gentilitio cognomentum de Villetany in actis Academicis:
Joannes-baptista-Josephus Dorsmeubre addidit quoque in
actis Academicis cognomentum de Villebracey: Joannes-Francis=
=cus flamant Scripsit se in actis Academicis flament: Lu=
=dovicus-Carolus Engramere Scripsit Engrammer. Quæ varia
errorum genera meritissimus idem Syndicus postulavit, ut præ=
=fati Supplices emendari curent, priusquam iis Litteræ Nomina=
=tionum expedirentur. Audito Syndico, Placuit, Suæ Supplici=
=bus postulata Concedi cum exceptionibus a Syndico factis.

2°. Quòd dixit meritissimus Syndicus, debere Litteras testimo=
=niales cujuslibet anni Cursûs Theologici Parisiis dari, nec antè
a Professoribus subsignari quàm Calendæ Sextiles obvenerint. Ali=
=quando tamen contingere, ut ipso hoc anno contigisse, ut nonnulli Theo=
=logiæ Professores aliquot diebus ante illas Calendas Parisiis discesse=
=rint, priùs datis ac subsignatis Litteris testimonialibus, cum formu=
=lâ solitâ, Datum Parisiis, die primâ Augusti &c. non satis at=
=tendentes animo, posse quandoque illas Litteras falsitatis argui in
grave Scholarium detrimentum. Itaque postulare se, ut Univer=
=sitas autoritate Suâ, quantum fieri potest, provideat, ne illa
Professorum culpa dictis Scholaribus nocere possit: deinde pro=
=hibeat, ne id imposterum eveniat; De ea re, rogatis dictisque
sententiis, Placuit, Rationem postulationis meritissimi Syn=
=dici, ac consequenter Scholaribus, qui pro Litteris Nominationis
Supplicarunt, quique Litteras ejusmodi vitiosas habent, sic cavari,
ut iis, si forte necesse sit, præsens Conclusio pro legitimis Lit=
=teris testimonialibus esse possit: deinde moneri clarissimos The=
=ologiæ Professores, ne deinceps ejusmodi periculum suis Discipulis
facessant.

3°. Audita sunt ac probata Rationes M. Ludovici Fontaine,
Procuratoris Sequestris Collegii S. Michaelis pro anno 1745.

4°. Quòd dixit meritissimus idem Syndicus, Anno 1737 quum
Illustrissimo Procuratori Catholico videretur nulla esse alia ratio
expediendorum negotiorum, quæ spectant ad Collegium Rubantinum,
quam si haberetur justa declaratio aeris alieni illius Collegii ju=
=ridicè à Creditoribus facta; quumque Universitas in id de Consilii
sui forensis Sententia die 10. mensis Aprilis dicti anni 1737 con=
=sensisset, die 16 ejusdem mensis requirente eodem Illustrissimo Pro=
=curatore Catholico factum fuisse Senatusconsultum, quo jubentur

Omnes,

omnes hubantini Collegii Creditores singuli à se credita declarare apud integerrimum Senatorem Dnum Lemoine, causæ Cognitorem, jubetur pariter dicti Collegii Primarius scripto dare, quantum æris alieni in rem sui Collegii sumpserit, quos in usus æs illud adhibitum fuerit, et quantum ex censu annuo dicti Collegii ipse perceperit. Die 15 mensis Maji subsequentis nominatos fuisse Deputatos academicos, qui sive conjunctim, sive divisim, Creditorum et Primarii declarationes suis animadversionibus dispungerent. Totum autem hoc opus nec facile, nec brevis fuisse temporis, tum ob Creditorum multitudinem, tum ob plerorumque, ac præsertim Primarii, tergiversationes. Tandem anno 1742, quum processus ille verbalis, ut vocant, continens tum Creditorum declarationes, tum Universitatis animadversiones, confectus videretur, Universitatem die 2.ª Junii statuisse, ut ille processus cum Illustrissimo Procuratore Catholico, et, eo requirente, singulis Creditoribus significaretur. Sed hujusce Conclusionis executioni moras injectas fuisse ex morte tum Mgri Besoigne, Quæstoris Academici, tum Mgri Basly, Procuratoris Universitatis in Curiâ Parlamenti; qui ambo in illud negotium præter omnes incubuerant, illudque soli omnium bené norant. Quin et ipsum Dnum Lemoine, Causæ Cognitorem, vitâ excessisse. Ægré admodum et se, Syndicum, et Mgrum Basly, prædicti Basly filium et successorem, potuisse hujusce negotii seriem assequi et dispicere, illiusque instrumenta recuperare. Porro, quum processus ille verbalis, de quo dictum est, prolixior esset, quam ut manu describi posset pro eorum numero quibus est denuntiandus, necesse visum fuisse eum typis imprimi, ac reverâ impressum esse. Ecce autem aliud incommodum intervenisse, scilicet ruinæ periculum ex malâ prædicti Collegii Constructione; cui periculo ut occurratur, grandem pecuniæ summam necessario esse impendendam. Unde autem illam pecuniam sumi posse, nisi Credentibus privilegium ante quoslibet alios Concedatur? quod si fiat, ad nihilum feré deductum iri priorum Creditorum jura. Tot profectò angustiis rem istam, tot difficultatibus circum premi, ut, quum sint minima de malis eligenda, præstet fortasse Collegii ædes, quales nunc sunt, vendere, et earum pretium inter Creditores distrahere. Nihil tamen se proponere, aut postulare, sed tantummodò difficultates in medio exponere; De ea re, Placuit, consuli Consilium Universitatis forense, atque etiam Dnum Richard, Universitatis Architectum ordinarium.

Et ita super his quatuor Capitibus, Conclusit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

13. Aug. Anno dni 1746, die decimâ-tertiâ Augusti, habita sunt Comitia generalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi ad eligendos Examinatores Licentiandorum in Artibus.

Postquam amplissimus Rector peroravit, clarissimi Pro=

=cancellarii

=Cancellarii appellarunt Examinatores à meritissimis Cancellariis designatos, nimirùm apud B. Mariam M. Carolum Chamont de Chessimont, Baccalaureum Theologum, ex honorandâ natione; M. Ludovicum Beaudüin, Bacc. Theologum, ex fidelissimâ; M. Ludovicum-Aegidium Le Roux, Bacc. Theologum, ex venerandâ; M. Jacobum Kyran, Licent. Theologum, ex constantissimâ. Apud B. verò Genovefen, M. Joannem Ottin, Grammaticae Professorem in monte acuto, ex honorandâ natione; M. Claudium Sencier, Grammaticae Professorem in Cardinalitio, ex fidelissimâ; M. Aegidium Tesson, Licent. Theologum, ex venerandâ; M. Gualterum Daton, Licent. Theologum, ex constantissimâ.

Dimissae ab amplissimo Rectore Nationes ad deliberandum, ac deinde regressae, per Ornatissimos Procuratores retulerunt eligi à se et creari Examinatores Licentiandorum in artibus eosdem Magistros, qui fuerunt à meritissimis Cancellariis designati, octo nimirùm suprà nominatos. Atque ita conclusit amplissimus Rector; et continuò inter ejus manus sacramentum dixere novi Examinatores, praesentibus Procancellariis.

Digressis Procancellariis, quum Amplissimus Rector fecisset supplicandi potestatem, supplicarunt Dionysius-Ludovicus Dupuis, Parisiensis, ut ne sibi noceat ad adipiscendum Magisterium in artibus, quòd nomen suum omissum fuerit in priore Logicorum Catalogo apud Scribam Universitatis deposito, cum in Catalogis ejusdem semestris, qui tùm à cebeberrimo Professore, tùm à vigilantissimo Primario, retinentur, reperiatur: Ludovicus-Carolus Engramere, Acol. Ambianensis, in artibus Magister, ut nomen suum gentilitium reformetur tum in Litteris Magisterii, tùm in omnibus aliis actis Academicis, Scriptumque censeatur, non, Engranmer, sed Engramere: Josephus-henricus Dumas de Cultures, Acol. Mimatensis, ut littera, S, adjiciatur in fine cognomenti in posteriore Physicorum Catalogo, nimirum Scribatur Cultures, non, culture: franciscus-Martinus de ~~franciscus-ma~~ Virieu de faverges, clericus Gratianopolitanus, ut nomen, Martinus, restituatur sibi in omnibus Catalogis, cognomentum de faverges in tribus, itemque Gratianopolitanus dicatur, non, Gratianopolitanensis: franciscus-Augustinus Lair de la motte, Cenomanensis, ut particula, de, in priore Physicorum Catalogo omissa, cognomento suo reddatur: Petrus-Stephanus Lemaire, Parisiensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen suum in posteriore Physicorum Catalogo non Scripserit, morbo scilicet domi retentus quo tempore confectus est ille Catalogus, ita testante M. Lallouette, Doctore Medico Parisiensi; item ut pro francisco Scribatur Stephanus in priore Catalogo Physicorum: Petrus-Laurentius Capperon, Ambianensis, ut in posteriore Catalogo Physicorum, scribatur Petrus-Laurentius, non, Laurentius-Petrus: franciscus-Renatus-hermenigildus du Roux de Genlis, clericus Suessionensis, ut nomen, hermenigildus, nominibus suis adjiciatur in posteriore Catalogo Physicorum: Aegidius-Julianus-franciscus Lefebvre Dargencé, clericus Bajocensis, ut nomen baptismale, franciscus, et nomen gentilitium

Dupuis

Engramere.

Dumas de Cultures.

De Virieu de faverges.

Lair de la motte.

Lemaire.

Capperon.

Du Roux de Genlis.

Lefebvre dargencé

=titium Lefebvre, quæ omisit in omnibus Catalogis, sibi reddantur; tollatur autem cognomentum des prevotieres, quod malè sumpsit in priore Catalogo Physicorum: Michael Adanson, clericus Aquensis, ut in posteriore Catalogo Physicorum inscribatur Aquensis, non Aquitextanus: Joannes-Baptista-Josephus Dorestmieulx, Acol. Audomarensis, ut è nomine suo gentilitio detrahatur cognomentum de Villebroucq, tanquam supervacaneum, sive in Catalogis, sive in aliis actis quibuscumque Academicis; Joannes-Vincentius Du Trou, Acol. Parisinus, ut pariter è nomine suo tollatur cognomentum de Villotang, ubicumque fuerit: Josephus Desmarais, Subdiac. Lemovicensis, ut immunis sit ab onere scribendi lectiones philosophicas propter oculorum et gastoris infirmitatem et cæcitis dolorem, ita tertante M. Munier, Doctore Medico Parisiensi: Ambrosius Hardy de Levaré, clericus Cenomanensis, ut biennium philosophicum in academiâ Andegavensi confectum sibi pro uno anno imputetur in Parisiensi. ‖

Adanson.

Dorestmieulx.

Du Trou.

Desmarais.

Hardy de Levaré.

De hoc supplice vide conclusionem.

‖ Carolus-Dionysius-Jacobus de Beaupoil de St. Aulaire, Acol. Lemovicensis, ut nomen, Dionysius, quod in omnibus actis academicis omissum est, scriptum esse censeatur.

De his retulit meritissimus Syndicus, ac dixit, sequoad tredecim priores nihil morari; de quarto-decimo dixit, illius supplicationem admitti non posse, tum quòd studuisset sub magistris regularibus, tum quod in eâ veritate, ubi Regulares ad munera academica possunt evehi, quod academiæ Parisiensis legibus et institutis repugnat.

Dimissa nationes ad deliberandum, ac deinde reversæ, per Ornatissimos Procuratores retulerunt, se censere indulgendum esse supplicibus, excepto eo qui postulat ut biennium philosophicum in Universitate Andegavensi peractum pro uno anno habeatur in Parisiensi.

Et ita concluxit amplissimus Rector. /. rayé un mot et demi dans cette conclusion. /

27. aug.

Anno Dni 1746, die vigesimâ-septimâ mensis augusti, habita sunt in antecessum comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo.

I°

Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure magisterii artium et quinquennii MM. Carolus-Franciscus Roux, presb. Avenionensis; Petrus-Bartholomæus Boyer, clericus Parisinus; et Ludovicus-Guillelmus LeRoy, clericus Rotomagensis. Datis retulit M. Letaveau, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii quinquennis cursum ab iis fuisse vitè peractum, cæteraque instrumenta ad hunc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, audito meritissimo Syndico, placuit, seu præfatis supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Co=
=mitiis acta et statuta.

3° Quòd dixit meritissimus Syndicus, in domo Academicâ
Sanjacobæanâ caminorum stipitam, quem vocant, esse refi=
=ciendum: Item in Sangermanopratensi unam scalarum
stationem nudam omninò ac pulverulentam esse; videri illam
pavimento, non fictili, seu lateritio, sed lapideo esse ster=
=nendam; placuit, utrobique fieri quod necesse est.

4° Quòd dictus est unus ex proximâ dictæ Domûs inqui=
=linis D. de Kermosan, nobilis Eques, nonnulla postulare ad eam
cedium partem, quam occupat, pertinentia, placuit, expectari,
donec liquidò constiterit et quid postulet, et quibus condition=
=bus.

5° Placuit, processum illum verbalem, de quo actum est ad
diem hujusce mensis 6.am ad res Collegii Lubantini pertinentem,
cum D. Richard, Universitatis Architecto communicari.

6° Quòd vir honestus nomine LeBage, quem die 7.â mensis
Aug. ann. 1745 Universitas sibi assumpsit, qui sibi in cæremo=
=niis publicis deserviret, dictus est suis sumptibus curasse fieri
argenteum numisma, inauratum, Universitatis insignia præferens,
quod ante pectus gestet tùm honoris causâ, tùm in ministerii
sui signum; placuit, fieri licentiam præfato LeBage illud
numisma gestandi; quin et ipsi redhiberi sumptus in id factos,
adeò ut, cum ille Universitati deservire desierit, prædictum
numisma ad Universitatem redeat.

7° Placuit, summam centum et octoginta libellarum
Amplissimo Rectori in manus tradi, quam Apparitoribus aliisque
qui hoc anno ipsi in negotiis Academicis privatim deservierunt,
ac nominatim supra-memorato LeBage, pro arbitrio suo di=
=vidat.

Et ita super his septem capitibus, audito priùs super
singulis meritissimo Syndico, concluserit amplissimus Rector./.

Fromentin Rector.

Anno Dñi 1746, die primâ Septembris, habita sunt extrà 1. Septemb.
ordinem comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum
Rectorem in Mazarinæo, ad excipienda Regis mandata super
exequiis Serenissimæ Delphinæ in urbe Sandionysiacâ celebrandis.

1° Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii Ar=
=tium et quinquennii M. Joannes-Baptista Delangle, clericus Car=
=notensis. Do eo retulit M. Letheveu, Syndicus, ac dixit, se vi=
=disse tum ejus Litteras magisterii, tum Professorum, quos au=
=divit, testimonia, quibus constat de Quinquennio vitæ ab eo
legitimèque confecto, cæteraque instrumenta ad hanc Supplica=
=tionem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari præter

testimoni=

testimonium unius Professoris pro uno anno, quod quidem testimonium non protuliſſe, quia Professor ille Parisiis abest. Placuit, eum admitti, nec ante tamen ei Litteras Nominationis expediri, quam exhibuerit Scribæ Universitatis testimonium illud, quod ipsi nunc deest.

2°. Dum hæc aguntur, nuntiatum est adesse cum suo lugubri comitatu Magnum Rituum Magistrum Dnum Marchionem de Dreux, cui obviam missi sunt tres Officiarii majores. Ingressus in locum Comitiorum, ubi consedit, Regias Litteras tradidit, his verbis concaptas, De par le Roy, Tres chers et bien amez, Nous avons resolu de faire celebrer un Service solemnel dans l'abbaie royale de St. Denis, et un autre dans l'Eglise Metropolitaine de nostre bonne ville de Paris, pour le repos de l'ame de nostre tres chere et tres amée fille la Dauphine, et voulans que cette Ceremonie se faſſe avec toute la decence convenable, Nous vous mandons et ordonnons de vous y trouver en l'ordre accoutumé aux jours et aux heures, que le Grand-maistre, ou le maistre des Ceremonies vous dira de nostre part. Si n'y faites faute, Car tel est nostre plaisir. Donné a Versailles le 2e aoust 1746. Signatum, Louis, et infra Phelippeaux.

Sic autem erat inscriptio, A nos tres chers et bien amés les Recteur, Docteurs, Regens et Suppotts de nostre premiere et ainée fille l'Université de Paris.

Magnus Rituum Magister exequias in urbe Sandionysiacâ celebrari indixit ad diem Lunæ proximum hujus mensis quintum; de exequiali sacro in Ecclesiâ Parisiensi faciendo dixit se nihil certi habere in præsentiâ.

Ad hæc respondit amplissimus Rector, Universitatem Regis voluntati semper fore obsequentissimam. Discedentem Magnum Rituum Magistrum iidem, honoris causâ, prosecuti sunt, qui venienti obviam ierant.

Placuit, hæc omnia in Commentarios Universitatis referri.

Et ita super his duobus capitibus concluſit amplissimus Rector. /.

Fromentin Rector.

5. Septemb. Anno Dni 1746, die Lunæ quintâ mensis Septembris, congregati sunt apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo, ipse amplissimus Rector, Decani, Procuratores, Adjuncti, Officiarii majores cum Apparitoribus, ut inde se conferrent in fanum Sandionysianum, exequiis serenissimæ Delphinæ interfuturi.

1°. Priusquam autem proficiscerentur, supplicavit pro Litteris nominationis juris magisterii Artium et quinquennii M. Nicolaus-Jacobus Delmat, presb. Suessionensis. De eo retulit M. Letellevau, Syndicus, ac dixit, se vidiſſe tum ejus Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat quinquennis Studii cursum vitæ ac legitimæ ætatis eum confecisse, cæteraque instrumenta ad hanc supplica-

tionem

1 S 4 D.L.P. PARIS

=tionem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Placuit, annui præfato Supplici.

2° Coram Amplissimo Rectore et ornatissimis Procuratori=bus Supplicarunt Vincentius Plet, clericus Sagiæus, ut pro Sagiensi inscribatur Sagiæas: et Antonius-Christophorus Mal=baux, clericus Atrebas, ut pro Atrebatensi dicatur Atrebas in priore Catalogo Logicorum. Plet. Malbaux.

Audito meritissimo Syndico, Placuit, utrique indulgeri sub beneplacito præclaræ Artium facultatis. Et ita conclusit amplissimus Rector.

Horâ circiter Septimâ matutinâ Universitas profecta est et rectâ perrexit ad Domum Monialium Visitationis B. mariæ; unde, sumptis vestibus Academicis, processit ante horam decimam ad Ba=silicam Monasterii S. Dionysii. Sedit pro more antiquo in dextro Chori latere post Curiam Parlamenti. Assignatæ illi fuerant quatuor Sedes Superiores, quas occuparunt Amplissimus Rector et Decani; Scamnum intermedium, quod occuparunt Procuratores; tres Sedes inferiores, quas occuparunt Decanorum Adjuncti; duo Scamna in plano posita, quorum unum occuparunt Adjuncti Procuratorum, Officiarii autem Majores alterum. Apparitoribus locus esse non potuit in choro. Solis Supremis Curiis et Universita=ti concessæ sunt Sedes Superiores, nimirùm Supremo Senatui et Uni=versitati in dextra parte, Curiis autem Rationum, Subsidiorum, et Monetarum in sinistra. Sedebant in inferioribus Propraetor urbanus cum Castelleto et Electio in dextro latere, in lævo autem Mercatorum Præfectus et Ædiles in Sedibus pariter inferioribus. Sacrum inchoatum est paulo post horam duodecimam, finitum au=tem post quartam vespertinam. Rem Sacram fecit antiquus Mira=picensis Episcopus, assistentibus quatuor aliis Episcopis habitu pon=tificali. Orationem funebrem habuit Episcopus Trecensis. Post finitas exequias, Universitas è sedibus discessit post Curiam Sub=sidiorum, ac suum exeundi ordinem retinuisset, nisi armati Satellites, quos secum adduxerat Curia Monetarum, vi obstitissent quominùs Rector amplissimus ante dictæ Curiæ Præsidem exiret. Ergo Universitas conjunctim cum dictâ Curiâ excessit; et repetito Monasterio Visitationis, inde conscensis curribus Parisios rediit./

Fromentin Rector.

Anno dñi 1746, die primâ Octobris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. 1. Octob.

1° Supplicarunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Petrus Busquet, presb. Rotomagensis; Marcus-Antonius-Augustinus Dutertre, Acol. Boloniensis; Ca=rolus-Maximilianus Baudrillart, Acol. Parisinus; franciscus

Debert

Debert, presb. Claromontensis; et Antonius Leonard de Fressanges, Acol. Lemovix. De his retulit M. LeNeveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constabat legitimum quinquennii tempus fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Quod dictum est, Gilbertum de Chenique de S.t Martin minorem Picardicæ Nationis apparitorem, qui initio mensis Septembris proximè elapsi mortuus est, rem adeò angustam domi reliquisse, ut ne sepulturæ quidem gratium supperesset. Tamen Viduam ejus, ne pateretur maritum suum, qui fuisset per annos fere quadraginta unus ex apparitoribus academicis, vilissimos inter parentes gratis sepeliri, quod ipsa non satis decorum Picardicæ Nationi atque etiam Universitati existimabat, suadente Quæstore fidelissimæ Nationis mutuò sumptisse, quo funus qualecumque marito faceret, summam videlicet quinquaginta ac aliquot librarum, sperantem nimirum, eam summam sibi suæ a Picardicâ Natione, aut ab universitate redhibitum iri; De ea re, audito meritissimo Syndico, Dictum est, id negotii spectare ad fidelissimam Nationem; Si ea velit liberalitatem illam in se suscipere, nihil Universitatem allaturam esse moræ, imò, ut ea aliquantum levetur ac juvatur, ita præfatam Universitatem statuere, ut quamquam supradictus de Chenique initio Septembris vivere desiit, tamen annua pensio, quæ ipsi a Viro Clariss. M. Bourchot ad vitam legata fuerat in his, quæ dictus M. Bourchot apud Universitatem fundavit, ad Calendas usque Octobris perseveret.

4° Placuit, solemnes Universitatis Supplicationes ad diem hujus mensis Septimum indici.

Et ita super his quatuor Capitibus, audito prius super singulis meritissimo Syndico, concluxit amplissimus Rector.

Fromentin Rector.

7. Octob. Anno dñi 1746, die Septima Octobris, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis in Maturinensi ad solemnes Supplicationes.

Primum consessum est in Angulo, ubi supplicârunt pro Litteris Nominationis juve Magisterii Artium et quinquennii MM. Franciscus Dubour, presb. Cadurcensis; Josephus-Joannes-Baptista Enguerrant de Lange de Bellerville, clericus Sagiensis; et Mauricius Cognace, presb. Parisinus. De his

retulit

retulit M. Leneveu, Syndicus, ac dixit, exhibita sibi fuisse omnia instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, exceptis Litteris Magisterii duorum postremorum Supplicum. Placuit, indulgeri, nec ante tamen duobus his postremis Litteras nominationis expediri, quam Litteras magisterii Scribae universitatis exhibuerint. Et sic conclusit ampliss. Rector.

Deinde itum est in Comicium, ubi postquam amplissimus Rector peroravit, Omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quaecumque gessit in suo trimestri magistratu, litterasque Commendatitias decreverunt, simulque ipsi amplum comitatum praebuerunt rite procedenti ad aedem Deo Sacram sub invocatione S. Jacobi apud Dominicanos magni Conventûs.

Pontificem egit S. M. N. Tamponnet, ultimus Sacrae facultatis Syndicus: Concionem habuit ad populum M. Bisset, Doctor Theologus; eucharisticam verò ad Pontificem M. Collin, Grammaticae Professor in regiâ Navarrâ.

Fromentin Rector.

Anno dni 1746, die decimâ Octobris, habita sunt Comitia gnalia praeclarae Artium facultatis in Maturinensi. 10. Octob.

Cum autem Ampliss. Rector sciret, novum B. Genovefes Cancellarium ad haec Comitia esse venturum, locum cepit in eo Suggestu in quo pro more antiquo Rectores sedere solent, cum Cancellarii, aut Procancellarii, Comitiis intersunt, stante ad laevum ejus meritissimo Syndico. Ornatissimi Procuratores consederunt in eo loco, quem occupant in Rectoriis Censoriisque Comitiis (debuissent in eo loco sedere, quem obtinent in Comitiis Centuriatis quae ad solemnes Universitatis Supplicationes singulis anni trimestribus habentur). Aderant in Comitio plurimi Canonici Regulares è Familiâ Sangenovefianâ, qui, honoris causâ, praebuerant se Comites novo suo Cancellario.

Ergo postquam peroravit Amplissimus Rector ac fecit supplicandi potestatem, Comparuit Vir clarissimus ac venerabilis Josephus Barre, presbyter Ecclesiae regalis S.ae Genovefae Parisiensis Canonicus Regularis, in hac Universitate Artium Magister, viro clarissimo ac venerabili Patri Petro Blondel, Universitatis ac B. Genovefes, dum viveret, Cancellario, suffectus. Qui cum in plano constitisset, epomide violaceâ et pileo quadrato, orationem habuit ornatam et splendidam, universitati perhonorificam, postulavitque, ut ad Sacramentum admitteretur; Deinde recepit se ad latus Comitii et consedit inter suos.

Tum jussit Amplissimus Rector per Scribam Universitatis

legi

legi Litteras provisionis, ut vocant, quibus Cancellarii munus præfato Patri Barre à Venerabili abbate Sangenovefiano conferitur: quarum Litterarum hic est tenor,

cc Lazarus Chambroy, abbas regalis Ecclesiæ S.ti Genovefæ cc Parisiensis, Ordinis Canonicorum Regularium S.ti Augustini, ad Ecclesiam cc Romanam nullo medio pertinentis, et Canonicorum Regularium Congre= cc=gationis Gallicanæ dicti ordinis Præpositus generalis, Dilecto nobis cc in Christo filio fratri Josepho Barre, presbytero hujusce Ecclesiæ cc Canonico Regulari, Magistro Artium Universitatis Parisiensis, Sa= cc=lutem in Dño. Cancellariam ejusdem regalis Ecclesiæ S.ti Genove= cc=fæ et Universitatis Parisiensis, cujus, vacatione adveniente, collatio, cc provisio, institutio, et omnimoda dispositio, ad Nos, pro nostrâ cc Abbatiali Dignitate, pleno jure spectare et pertinent, liberam nunc cc et vacantem per obitum R. Patris Petri Blondel, Canonici Regularis, cc ejusdem Cancellariæ ultimi et immediati possessoris, Tibi presenti et cc acceptanti, tamquam sufficienti, capaci, et idoneo dictam Cancel= cc=lariam obtinendam, regendam et exercendam contulimus et donavi= cc=mus, conferimus et donamus, ac de illâ Cancellariâ, Suisque Juribus, cc honoribus, et pertinentiis Universis providimus et providemus per= cc per præsentes. Quocirca Amplissimos et sapientissimos DD. Rec= + Viros cc=torem, Procuratores Nationum, et Magistros florentissimæ Studio= cc=rum Universitatis supplicamus, quatenus te, vel Procuratorem tu= cc=um legitimum nomine tuo, et gratâ, in possessionem corporalem, cc realem et actualem dictæ Cancellariæ Suorumque Jurium Universo= cc=rum ponant et inducant, seu poni aut induci faciant, aut mandent, cc aut alter eorum ponat et inducat, recepto prius à te, vel Procura= cc=tore tuo, juramento in talibus fieri et præstari solito, ac servatis cc solemnitatibus consuetis. Datum Parisiis sub Signo Sigilloque cc nostris, ac Secretarii nostri chirographo, in præfatâ S.ti Genovefæ cc Abbatiâ die octavâ mensis Octobris, anno Dñi millesimo septingen= cc=tesimo quadragesimo-Sexto. Signatum, F. Chambroy, abbas S.ti cc Genovefæ. Et infrà, De Mandato Reverendissimi Abbatis et Supe= cc=rioris generalis. Signatum, Regnier, cum syngraphâ.

Lectis his Litteris, verba fecit M. Le Noreau, Syndicus, ac multa et præclara dixit de familiâ Sangenovefianâ, de Venerabili abbate, ac præsertim de ipso Nigro Barre, pietate, virtute, ingenio, et multiplici eruditione notissimo. Denique postulavit, ut, cum omnia essent in formâ legitimâ, præfatus M. Josephus Barre admitteretur in Cancellarium Universitatis.

Audito meritissimo Syndico, dimissa ab amplissimo Rectore Nationes ad deliberandum, ac deinde reversæ, per singulos Procurato= M. Josephus =res retulerunt, se libentissimè et cum elogio in Cancellarium Univer= Barre, Cancell. =sitatis admittere præfatum Virum clarissimum Nigrum Josephum Barre. Et ita concessit Amplissimus Rector.

Accessit novus Cancellarius ad Suggestum Rectorium, et tactis Evangeliis Sacramentum dixit inter Amplissimi Rectoris manus, ac continuò acceptus in ipsum Suggestum stansque ad dexteram Am= =plissimi Rectoris, orationem brevissimâ, sed elegantissimâ, ac ipsi

Amplissi=

=mo Rectori et toti artium facultati gratias egit, ac deinde eum
suis discessit.

Digresso Cancellario, amplissimus Rector contulit se
in Sedem Rectoriam interiorem; hîcque iterum facta sup=
=plicandi potestate, supplicârunt Jacobus-franciscus-Ma= Delgaspard
=ria delgaspard Dufour, dial. Matisconensis, ut nomen dufour.
suum gentilitium delgaspard, quod omisit in singulis cata=
=logis, restituatur, tollatur autem cognomentum de st amour.
Joannes Peyrat, acol. Claromontanus, ut é nomine suo Peyrat.
baptismali tollatur baptista; item ut in scribendo nomine
suo gentilitio interseratur littera, y, Peyrat, non, Perat,
denique dicatur Claromontanus, non, Claromontensis, iisque
errores tollantur non modò é catalogis, sed et ex omnibus
actis Academicis: Josephus-Joannes-baptista Enquer= Enquerrant-
=rant delange de Belleville, cleric. Sagiensis, ut =delange-deBel=
dicatur in catalogis et actis quibuscumque facultatis =leville.
Enquerrant, non, Enquerrand, et suis nominibus ‖ adjici= ‖ detrahatur
=atur cognomentum de Bellaville; Ludovicus malbeste, malbeste.
clericus Catalaunensis, ut immunis fieret ab onere scri= vide conclusionem
=bendi lectiones philosophicas, ob insignem oculorum debi=
=litatem, quam scripto testatur M. Cantwel, Doctor Medi=
=cus Parisiensis.

Audito dehinc supplicibus meritissimo Syndico, amplis=
=simus Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent consti=
=marentque Quatuorviros privatis in Comitiis electos, simulque
petiit, ut rata et grata haberentur quæ gessit in suo tri=
=mestri Magistratu et sibi Litteras commendatitias decerne=
=rentur.

Reversæ Nationes per singulos Procuratores retule=
=runt, se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rec=
=tor in suo trimestri Magistratu et Litteras Commendatitias
decernere: indulgere omnibus supplicibus: denique con=
=firmare Quatuorviros, nimirum in honorandâ natione
m. Mareland, Bacc. Theologum; in fidelissimâ, mgrum
Lebel, alterum é Rhetoribus mazarinæis; in Venerandâ,
mgrum Lerat, Collegii Justitiani Primarium; in constan=
=tissimâ, mgrum Curin, Licentiatum Theologum. Non omitten=
=dum, Nationes ita indulsisse Ludovico malbeste, ut volue=
=rint ab eo observari quod decretum fuit die 23. Junii de
iis qui postulant immunitatem ab onere scribendi. Et ita
concluxit amplissimus Rector.

Quatuorviri, dicto prius Sacramento inter amplissimi
Rectoris manus, concave subierunt, unde post unam fere

horam

horam digressi per M. Mareland retulerunt, a se ex plu=
=ralitate suffragiorum electum esse in Rectorem Virum cla=
=rissimum M. Joannem Cochet, Licentiatum Theologum ac So=
=cium Sorbonicum, Philosophiæ Professorem in Mazarineo.
Quæ quidem electio ab omnibus Nationibus statim probata ac
confirmata est.

Deinde accessit novus Rector togâ rubrâ indutus, ac
præstito sacramento, ritu antiquo ab amplissimo Rectore in=
=auguratus est; moxque, habitâ ad præclaram facultatem
oratiuncilâ, deductus est ad ædes suas Mazarineas./.

Fromentin Rector.

11. Octob. Anno Dñi 1746, die undecimâ Octobris, horâ septimâ matu=
=tinâ, habita sunt in Maturinensi Comitia Deputatorum lenien=
Incipit Rectora= =sitatis a novo Rectore pro more indicta ad ipsius sive instructi=
=tus M. Joannes =onem, sive confirmationem.
Cochet.

Postquam peroravit clarissimus Exrector, ad latus am=
=plissimi Rectoris sedens, Audito M. Lesueur, Syndico, Omnes
tum Sapientissimi Decani tum Ornatissimi Procuratores dixerunt
se gratam ac acceptam habere electionem Viri clarissimi M. Joan=
=nis Cochet in Rectorem, eique operam ac comitia pollicitos
sunt.

Et ita concluxit Amplissimus Rector./. Cochet, Rector.

27. Octob. Anno Dñi 1746, die vigesimâ-Septimâ Octobris, habita sunt
Comitia generalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi.

Le Thieullier Post habitam ab Amplissimo Rectore Orationem, Sup=
=plicavit Ludovicus-Petrus-Felix-Renatus Le Thieullier, Lutetianus,
ut in priore Logicorum Catalogo pro Parisiensi dicatur Parisinus.

Audito M. Lesueur, Syndico, dimissæ Nationes ad delibe=
=randum, ac nominatim ad creandos Censores, postquam in Comitium
reversæ sunt, per singulos Procuratores retulerunt, indulgere
se supplici; creatos autem a se fuisse Censores, nimirum ab
honorandâ M. Petrum Germain, Rhetoricæ Professorem in Mon=
=tacuto; a fidelissimâ Mgrum Label, Rhetoricæ Professorem
in Mazarineo; a Venerandâ Mgrum Ancal, Bacc. Theol.;
a Constantissimâ Mgrum Gnesse, Collegii Sectorum Primarium.
Qui quidem Sacramentum solemne præstiterunt inter amplissi=
=mi Rectoris manus.

Et ita concluxit amplissimus Rector./. Cochet, Rector.

1746. Novemb. 67.

Anno dñi 1746, die quintâ Novembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. Quibus in Comitiis primùm interfuit M. Antonius Le Clerc, novus Gallicanæ Nationis Procurator. 5. Novemb.

1°. Supplicârunt pro Literis Nominationis jure magisterii artium ac quinquennii MM. Joannes Sechon, diac. Noviomensis; Jacobus-Franciscus-Maria de Gaspard Du Sou, diac. Matriconensis; Petrus-Laurentius Grimoult, diac. Rotomagensis; Joannes Peyrat, acol. Clavomontanus; ac Marcus Tavernier, presb. Genavensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Literas Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt, quæ fuerant in Superioribus Comitiis acta ac statuta.

3°. Placuit, ea omnia persolvi quæ supersunt ex solvenda tùm Mgro Godefroy, Universitatis apud Consistorianos Judicem, dum viveret, Advocato, tùm duobus ejus Successoribus, prout habentur in libello, quem protulit horum postremus; eâ cautione, ut fidelissimus Quæstor prius ab eo recipiat instrumenta, si quæ in Scriniis præfati Godefroy ejusve Successorum remanent ad dictam Universitatem pertinentia.

4°. Quòd dictum est, partem non spernendam cujusdam Domûs in fundo Academico sitæ paucis abhinc annis verbo donatam, re venditum videri; de eâ re, Placuit, inquiri, ac deinde peritos rerum consuli.

Et ita super his quatuor capitibus, audito prius super singulis M. Leneveu, Syndico, Conclusit amplissimus Rector./.

Cochet Rector.

Anno dñi 1746, die duodecimâ Novembris, habita sunt extrà ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. 12. Novemb.

Accessit Magnus Rituum Magister, ac, continuando invitationem die 1ª Septemb. inchoatam, dixit nomine ac jussu Regis, Universitatem invitari ad exequiale Sacrum in Basilicâ B. Mariæ die hujus mensis 24. pro Serenissimâ Delphinâ faciendum. (vide superiùs ad diem 1ª Septemb.)./. Cochet, Rector

16. novemb. Anno dñi 1746 die decimâ-sextâ Novembris, amplissimus Rector, Decani, Procuratores, majores Officiarii, contulerunt se in Scholas facultatis Medicinæ, ut inde, præeuntibus duobus apparitoribus, progrederentur ad Salutandum Illustrissimum Præsulem D. Christophorum de Beaumont du Repaire, novum Ecclesiæ Parisiensis Archiepiscopum.

Priusquam autem procederetur, Supplicârunt pro Literis Nominationis jure magisterii artium ac quinquennii MM. Clemens-Petrus Servant Damourette, Subd. Sanflorianensis; ac Joannes Aufray, Subdiac. Parisiensis. De his retulit M. Lefevre, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Literas Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum. Audito meritiss. Syndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

In aulâ Archiepiscopali, amplissimus Rector Latinè juravit; Latinè respondit Archiepiscopus, ac deinde amplissimum Rectorem ac Tribunal Academicum ad summum scalarum gradum honorificè deduxit. /. J. B. Piat scriba.

24. novemb. Anno dñi 1746. die vigesimâ-quartâ Novembris congregati sunt in Scholis Medicorum Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, Adjuncti, majores Officiarii, cum omnibus apparitoribus; unde solemniori habitu ad Basilicam B. Mariæ progressi interfuerunt Exequiali Sacro pro Serenissimâ Delphinâ. Ibi locum consuetum ac ordinem Universitas tenuit. /.

J. B. Piat scriba

3. Decemb. Anno dñi 1746, die tertiâ Decembris, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo: quibus in Comitiis primum interfuit M. Joannes-Baptista-Thomas Martineng, novus Saluberrimæ facultatis Decanus.

1°. Supplicârunt pro Literis Nominationis jure Magisterii Artium ac quinquennii MM. Jacobus-Victor Lubondie-dela Giberie, presb. Cadurcensis; Joannes-Ludovicus Menage, Accol. Parisiensis; ac Ludovicus Escouvette, clericus Bellovacus. De his retulit M. Lefevre, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Literas Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta ac recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta ac Statuta.

3°. De

3° De postulatione Venerabilis Capituli Ecclesiæ Parisiensis, Fratrum Minorum majoris Conventûs, ac Religiosorum de Mercede dictorum, nimirùm, ut quod ipsis ex testamento Dñi LeGendre ad Sacra celebranda legatum est, id non in aliquâ ejus parte legati quod ad Universitatem transiit, sed in toto ipso legato ita constitutum censeatur, ut si fortè ea pars, quæ ipsis ab Universitate delegata fuerit, lapsu temporis imminuatur, id ex cæteris univerti legati partibus supplcatur, de quâ postulatione ad Academicum Tribunal relatum fuerat die 2ª mensis Aprilis proximè elapsi, mandatumque fuerat meritissimo Syndico, ut, consultis Patronis Virisque peritis, operam daret, ne ejusmodi postulatio locum haberet; Auditâ hodiernis in Comitiis præfati Syndici relatione, Viris Senatûs Decretis die 1ª Julii 1744 ac 8ª Martii hujus anni 1746 factis, Dictum est, supra-dictam postulationem, etsi minùs commoda Universitati videatur, non gloss tamen neque eludi, neque repudiari. Itaque Placuit, mandari præfato meritissimo Syndico, ut Consensus formulam de consilio peritorum conficiat.

4° Quòd dictum est Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ S. Juliani Brivatensis in causâ esse apud Regios Consistorium variis de capitibus, quorum unum eò pertineret, ut immunis fiat ab Expectativâ Graduatorum; Placuit, rogari Amplissimum Rectorem, ut adeat ad rei Cognitorem cique jus Graduatorum Commendat.

5° Item, quòd dictus est unus è Graduatis Parisiensibus velle certum aliquod Sacerdotium, in urbe Lugduno positum, requireva; illi autem contendendum esse adversùs presbyterum quemdam, qui se Graduatum dicat in Universitate Valentinâ, ex Studiis Seilicæ Lugduni confectis in Seminario S. Irenæi, quæ Studia per Literas Patentes anno 1738 Universitati Valentinæ adjuncta, sive aggregata fuisse dicuntur; Literas autem illas Patentes non relatas fuisse in Tabulas Senatûs Parisiensis, cujus in Jurisdictione positum esse præfatum Sacerdotium. Porrò prædictum Graduatum Parisiensem minimè dubitare, quin causa sua longè melior futura sit si ei firmior, si Universitatis Parisiensis subscriptione muniatur; De eâ re, Placuit, Consuli Patronos.

6° M. Ludovicus Fontaine, Collegii Trecorensis Procurator Sequester, attulit Summam ter mille libellarum ex receptis dicti Collegii raditibus. Placuit, eam Summam in Aream Universitatis recondi, instar depositi asservandam.

7° Prædicta Universitatis Area ex ædibus Clarissimi Exrectoris translata est in ædes Amplissimi Rectoris, atque adeò Placuit, Clarissimum Exrectorem M. Petrum Fromentin deposito liberum declarari.

8°

8.° Placuit, Sacras Universitatis Supplicationes ad diem hujus mensis decimam-quartam indici.

Et ita super his octo capitibus, audito priùs super singulis M. Le Neveu, Syndico, concluxit amplissimus Rector. /.

Cochet, Rector

13. Decemb. Anno dñi 1746, die decimâ-tertiâ Decembris, habita sunt extrà ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo.

Accessit Magnus Rituum Magister cum atrato suo Comitatu, et eodem modo exceptus, quo exceptus fuerat die 1.ª Septembris, obtulit regias Literas, his verbis conceptas:

De par le Roy. Tres chers et bien amés, ayant resolu de faire celebrer un Service Solemnel en l'Eglise metropolitaine de nostre bonne Ville de Paris pour le repos de l'ame de feu nostre frere et Oncle le Roy d'Espagne, et voulans que cette Cérémonie se fasse avec toute la décence convenable, Nous vous mandons de vous y trouver en Corps aujourd'hui à l'heure que le Grand maistre, ou le maistre des Ceremonies vous dira de nostre part. Si n'y faites faute; Car tel est nostre plaisir. Donné à Versailles ce 3. Decembre 1746. Signatum, Louis. Et infrà, Phelippeaux.

Sic autem erat inscriptio, A nos tres chers et bien amés les Recteur, Docteurs, Regens et autres Suppotts de nostre premiere et ainée fille l'université de nostre bonne Ville de Paris.

Magnus Rituum Magister exequiale Sacrum indixit ad diem hujus mensis decimum-quintum.

Dixit amplissimus Rector, Universitatem Regis mandatis solitâ suâ fide obtemperaturam. /.

Cochet, Rector

14. Decemb. Anno dñi 1746, die decimâ-quartâ Decembris, habita sunt in Maturinensi Comitia generalia et Centuriata Universitatis ad Sacras Supplicationes.

Primùm in angulo consessum est, ubi Supplicarunt pro Literis nominationis jure magisterii Artium et quinquennii MM. Joannes-baptista Gaida, diac. Catalaunensis; Josephus-henricus Dumas de Culture, acol. Minatensis; Carolus-Lemor, acol. Aurelianensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Literas magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat

quinquenn-

quinquennium Academicum fuisse ab iis vitè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, placuit, sua gratiis supplicibus postulata concedi.

Ibidem sacramentum præstitit Petrus-Paulus Estevez, minor Picardicæ nationis Apparitor, suffectus ab eâ natione in locum Gilberti de Chenique, demortui. Estevez, apparitor.

~~Deinde itum est in Comitia~~

Sacramentum quoque dixit Robertus Estienne, Librarius, præsentatus à D. Ganeau, uno ex adjunctis. Estienne, Librarius.

Deinde itum est in Comitium, ubi, postquam gravavit Amplissimus Rector, omnes Ordines Academici rata ac grata habuerunt quæcumque gessit in suo trimestri Magistratu, eique Literas Commendatitias decreverunt, et amplum præbuerunt Comitatum vitè procedenti ad eadem Deo Sacram sub invocatione S.æ Ursulæ in Collegio Sorbonæ.

Pontificem egit S. M. N. D. Deberme, Domûs Sorbonicæ Senior. Concionem Sacram ad populum habuit M. Varet, ex eâdem Societate Doctor; eucharisticam verò ad Pontificem M. Lebel, è Rhetoribus mazarinæis alter. /. approuvé la rature d'une demie ligne. //.

Cochet, Rector

15. Decemb.

Anno Dñi 1746, die decimâ-quintâ Decembris, congregati sunt in Scholis Medicorum Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, adjuncti, majores officiarii, cum omnibus apparitoribus, et inde solemniore habitu ad Basilicam B. Mariæ processerunt, interfueruntque Exequiali Sacro in pacem æternam Philippi V. Hispaniarum Regis celebrato. /.

Fiat
scriba.

16. Decemb.

Anno Dñi 1746 die decimâ ~~sextâ~~ Decembris, habita sunt Comitia generalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, Philippus + Perry, clericus Lichfeldiæ-Coventrensis in Angliâ, ut immunis fieret ab onere scribendi lectiones philosophicas, frequenter Parisiis, testante M. Mury, Doctore Medico Parisiensi; Augustinus-Joannes-baptista-Audoënus Boutry, Ebroicensis, idem, ob oculorum debilitatem, testante M. Besse, Doctore Medico Parisiensi; Ludovicus-henricus Allair de Framerolles, clericus Senonensis, idem, ob oculorum debilitatem, testante M. Cantwel, Doctore Medico Parisiensi; Joannes-à-deo + du Boisgelin + Raymundus

Perry. + marius

Boutry.

Allair de framerolles.

Du Boisgelin delucé.

de Cucé, clericus Redonæus, idem, ob oculorum et pectoris infirmitatem, testante M. Lemonnier, Doctore Medico Parisiensi; Josephus De Klinglin, clericus Basileensis, idem, ob adversam valetudinem, testante M. Chomel, Doctore Medico Parisiensi; Ludovicus-franciscus Capitaine, Parisinus, ut ne sibi noceat, quòd per sex menses lectiones philosophicas manu excipere non potuerit, valetudine scilicet impeditus, testante M. Garnier, Doctore Medico Parisiensi; Claudius Recoquillié, clericus Lemovix, ne sibi noceat, quòd se in plurimis Catalogis aliisve actis Academicis scripserit se Lemovicensem; Ludovicus-franciscus de la Martelliere, clericus Parisinus, ut ne sibi noceat, quòd in aliquibus Catalogis nomen suum gentilitium scripserit sine particulâ, de; Josephus Dret, clericus Tricassinus, ne sibi noceat, quòd in pluribus Catalogis aliisve actis Academicis scripserit se Trecensem; Andreas-Joannes Marchand, ne sibi noceat, quòd in Catalogis pro Parisino scripserit se Parisiensem; Carolus-Ludovicus-Petrus Lauverjat, Aurelianensis, ne sibi noceat quòd nomini suo gentilitio adjunxerit perperam cognomentum de la Garde; Ludovicus Thibault des Bois, clericus Cenomanensis, ne sibi noceat, quod in aliquibus Catalogis aliisve actis Academicis nomen gentilitium scripserit Thibaut, non, Thibault; Andrivias Mallet, presbyter Petrocoras, Ecclesiastico ministerio à plurimis annis in patriâ detentus, per fratrem suum Joannem Mallet supplex petiit, ut ne sibi noceat, quòd in Litteris suis aliisve actis quibuscumque Academicis particula, de, nomini suo gentilitio fuerit perperam adjecta; duo sequentes, his in Comitiis petiisse censendi sunt, quod justis de causis die 16. novemb. petierunt, scilicet Sebastianus de Guillet d'Aoste de Leyssins, subdiac. Bellicensis, ut nomen suum gentilitium de Guillet aliis suis cognominibus præponatur tùm in Catalogis, tùm in aliis actis quibuscumque Academicis; et Bertrandus Tries de la Passade,+ ut cognomentum de la Passade, nomini suo gentilitio adjiciatur in Literis Magisterii et ubicumque defuerit.

De Klinglin. Capitaine. Recoquillié. De la Martelliere. Dret. Marchand. Lauverjat. Thibault. Mallet. De Guillet d'aoste de Leyssins. + clerit. Lascariensis. Tries de la Passade.

Audito de his supplicibus M. Le Neveu, Syndico, amplissimus Rector dimisit Nationes, ut de iis deliberarent et Quatuorviros confirmarent, simulque postulavit, ut rata et grata haberentur quæ gessit, sibique Literæ commendatitiæ decernerentur.

Regressæ Nationes retulerunt, se rata et grata habere quæcumque gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eique Literas commendatitias decernere; supplicibus omnibus indulgere; Confirmare Quatuorviros matutinis Comitiis electos, in honorandâ quidem Natione Mgrum Hamelin, Philosophiæ Professorem in Mazarinæo; in fidelissimâ Mgrum Petit, humanitatis in eodem Collegio Professorem; in Venerandâ Mgrum Bonnejoie, Philosophiæ Professorem in Lexovæo; in Constantissimâ Mgrum Guerin, Eloquentiæ Professorem in Sorbonæ Plessæo. Et sic conclusit ampliss. Rector.

I.S.4 C.L.P. PARIS P.P. EXTRA

Quatuorviri, dicto priùs solemni sacramento inter amplissimi Rectoris manus, Conclave subierunt; unde digressi retulerunt per mgrum hamelin, se fasces Rectorios amplissimo Viro Joanni Cochet, Rectori, prorogasse. Quæ prorogatio statim ab omnibus nationibus comprobata et confirmata fuit.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector

Eodem mense Decembri, die nimirùm septimâ, amplissimus Rector et præclara Artium facultas, more antiquo, interfuerunt solemni sacro apud fratres Prædicatores./. 7. Decemb.

Piat scriba

Index

Officiariorum, sive majorum, sive minorum, Consiliariorum, beneficiatorum, Et Clientium Universitatis Juratorum per decursum anni 1746 receptorum.

Officiarii majores

Die decimâ Octobris, M. Josephus Barre, in artibus magister, Canonicus Regularis, Ecclesiæ S.ae Genovefæ et Universitatis Cancellarius, sacramentum præstitit. M. Barre, Cancellarius.

Consiliarii

Nullus.

Beneficiati

Nullus

Apparitores

Die decimâ-quartâ Decembris sacramentum præstitit Petrus-Paulus Estevez, minor Picardicæ nationis apparitor, loco Gilberti de Chenique de S.t martin, demortui. Estevez.

Librarii

Die decimâ-octavâ mensis martii sacramentum præstiterunt Augustinus-martinus Lottin, Josephus-Gerardus Barbou, et Claudius Lamesle. Lottin, Barbou, Lamesle.

Die verò decimâ-quartâ Decembris, Robertus Estienne. Estienne.

Magni Nuntii.

In Natione Gallicanâ.

Bethleem. Dekargne.

Die vigesimâ-primâ Januarii, Emericus-Jacobus Caffarel, Procurator, et Natio Gallicana contulerunt Renato de Kargne, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Bethleemitano, vacans per obitum Joannis Guy, civis quoque Parisiensis.

Ausch. Salles defezq.

Die decimâ-octavâ mensis Maji, idem Procurator et eadem Natio contulerunt Joanni Salles defezq, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro Diœcesi et Archiepiscopatu Auxitanensi, vacans per spontaneam abdicationem Joannis Beaucousin, civis quoque Parisiensis.

Nevers. Bourlet de la Vallée.

Die vigesimâ-sextâ Julii, idem Procurator et eadem Natio contulerunt Antonio-Alberto Bourlet de la Vallée, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Nivernensi, vacans per spontaneam abdicationem Jacobi Mathon, civis quoque Parisiensis.

Le Puy. Doudeuil.

Die decimâ-quintâ Novembris, Antonius Leclare, Procurator et Natio Gallicana contulerunt Antonio Doudeuil, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Aniciensi, vacans per obitum Stephani Gallet, civis quoque Parisiensis.

Saragosse. Tarlet.

Eodem die, idem Procurator et eadem Natio contulerunt Petro Tarlet, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro Diœcesi et Archiepiscopatu Cæsaraugustanensi in hispaniâ, vacans per obitum Renati-Martini Ganbier, civis quoque Parisiensis.

Bordeaux. Loiseau.

Die vigesimâ-quartâ Decembris, idem Procurator et eadem Natio contulerunt Dionysio-Claudio Loiseau, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro Diœcesi et Archiepiscopatu Burdegalensi, vacans per obitum Antonii Hocdin, civis quoque Parisiensis.

In Picardicâ natione

Namur. Delahogue.

Die duodecimâ Januarii, Adrianus-Mauritius Dufroey, Procurator et Natio Picardica contulerunt Ægidio-Jacobo De la hogue, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Namurcensi, vacans per liberam abdicationem Ægidii de la hogue, civis quoque Parisiensis.

In nor-

In Normanicâ Natione.

Nullus.

In Germanicâ Natione.

Die decimâ-quartâ mensis martii franciscus Nicolaus Varin, Procurator et Natio Germanica contulerunt Joanni-baptistæ Daubley de Nezel, Equiti, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Lincolnensi, vacans per liberam abdicationem Adriani Benoist, Civis quoque Parisiensis. Lincoln. Daubley de Nezel.

Die undecimâ mensis Maji, Philippus de la Roche, Procurator, et Natio Germanica contulerunt Antonio Gaillardie, Civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Verdunensi, vacans per liberam abdicationem Antonii-Simonis Butard, civis quoque Parisiensis. Verden. Gaillardie.

Die vigesimâ-primâ Novembris, idem Procurator et eadem Natio contulerunt Nicolao Robedaire de la nelliere, civi Parisiensi, munus et Officium Nuntii-Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Virdunensi, vacans per obitum Thomæ-Andreæ-Mariæ Davigneau, Civis quoque Parisiensis./. Verdun. Robedaire dela nelliere.

finis anni 1746.

N. Piat

Univ. et Art. Fac. Paris.

Acta,

Commentarii, Conclusiones,

Universitatis Parisiensis,

per decursum

anni millesimi Septingentesimi-

-quadragesimi Septimi.

7. Januar. Anno dñi millesimo Septingentesimo quadragesimo-Septimo, die septimâ mensis Januarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis comederunt, apud amplissimum Rectorem in mazarineâo, ipse amplissimus Rector M. Joannes Cochat; M. Joannes-Clemens Gervaise, Theologicæ facultatis Syndicus, Decani vices gerens; M. ~~Franciscus~~ Nicolaus-~~Augustus~~ de Bernard-~~Gendre~~, Jurium Decanus; M. Joannes-baptista-Thomas Martineng, Decanus Medicinæ; M. Antonius Leflare, Nationis Gallicanæ Procurator; M. Carolus Dair, Picardicæ; M. franciscus Brenet, Normanicæ; M. Philippus DelaRoche, Germanicæ: M. Jacobo Vallette-Leteveu, Syndico, et Procuratore Generali; M. Nicolao Piat, Scribâ; M. Ludovico-Nicolao Durand, Quæstore generali.

Pro Litteris Nominationis nemo Supplicavit.

1° De Literis Patentibus, anno 1738 datis, per quas Seminaria tum S. Irenæi Lugdunensis, tum Civitatis Aniciensis, aggregantur Universitati Valentinæ, legit meritissimus Syndicus Patronorum Responsum, cujus Summa erat, E re Universitatis esse, ut ipsa directé et per se, porrecto in id Libello Supplice, à Rege petat, ut eæ Literæ Patentes referantur: Placuit, in eam Sententiam descendere.

2° Quòd Ornatissimus Procurator et Deputati Picardicæ Nationis Scripto exposuerunt, quo in statu sint dictæ nationis res, — Dictum est, rem maturiùs esse expendendam, ut quid facto opus sit statuatur.

3° Legit meritissimus Syndicus formulam transactionis cum Capitulo Ecclesiæ Parisiensis, Fratribus Minoribus magni Conventûs, et Religiosis B. Mariæ de Mercede, aut eorum Procuratoribus, sive actoribus, peragendæ, de quâ in Comitiis 3. Decemb. actum fuerat. Placuit, illam formulam approbari, et fieri potestatem præfato Syndico simul cum Quæstore, ut ei Universitatis nomine subscribant.

4° Placuit, recognosci et subsignari Tabulas Virorum Academicorum, qui partem suam Tributi regii, viritim impositi, apud Urbis Basilicam pendere tenentur.

Et ita

Et ita super his quatuor capitibus, audito prius super singulis m. le Noveau, syndico, conclusit amplissimus Rector. /. approuve la rature de trois mots nuls //.

Cochet, Rector

Die Sabbati vigesimâ-octavâ ejusdem mensis Januarii amplissimus Rector et præclara artium facultas interfuerunt solemni Sacro, quod ad memoriam D. Caroli-magni in æde Navarricâ celebrari solet ex institutione Cæsarii Egasse Duboulay. 28 Januar.

Die Lunæ trigesimâ ejusdem mensis, Majores Officiarii Cereos de more Minoribus magistratibus, Universitatis nomine detulerunt. /. 30. Jan.

Die Martis ejusdem mensis, amplissimus Rector, Decani, Procuratores, Adjuncti, Officiarii Majores, cum omnibus apparitoribus, cereos detulerunt Sereniss. Principi Aurelianensium Duci, Illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi, et Primariis Magistratibus. /. 31. Jan.

Die Mercurii, mensis februarii primâ, iidem amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum Adjunctis, Majoribus officiariis, omnibusque Apparitoribus contulerunt se Versalias, Regi cereos, Reginæ Serenissimoque Delphino oblaturi. Brevitar amplissimus Rector, ut apud Reges et Principes decet, eleganter, aptè ac cum dignitate peroravit. /. 1. febr.

Die Veneris, ejusdem mensis tertia, amplissimus Rector et præclara artium facultas interfuerunt solemni Sacro, quod fit pro Magistris Academicis, vitâ defunctis, apud fratres Prædicatores. /. 3. febr.

J. Piat
Scriba.

Anno Dni 1747. die quartâ mensis februarii, habitatum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. 4. februar.

1° Supplicârunt pro Literis Nominationis jure magisterii artium et quinquennii Mm. Petrus-Adrianus Soyer, diœc. Noviomensis; Ægidius Loiseau, presb. Turonensis; Joannes-baptista-franciscus Giroux, presb. Parisinus; et Joannes-baptista Groule, presb. Electensis. De his retulit M. Lenveu, syndicus, se vidisse tum eorum Literas magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt, quæ tum mense Januario, tum mense Decembri in Comitiis Deputatorum acta fuerant et Statuta.

3°. Quòd dixit Amplissimus Rector, mense Decembri missum à se fuisse Illustrissimo Rei bellicæ Præfecto Libellum memorialem, cum Ornatissimis Procuratoribus priùs communicatum, de reformandis nonnullis capitibus, quæ anno superiore Regis nomine præscripta sunt, ut Universitas, pro more antiquo, Juvenes Academicos, si qui temerè dant militiæ nomen, Scholaritatis privilegio repetere valeat, ac præsertim de eo capite, quo Statuitur, ut Scholarium Academicorum Catalogi apud Politicæ Urbanæ Præfectorem deponantur; cum Universitas ab ipsâ suâ origine suum semper habuerit, et etiamnum habeat, Tabularium, regiâ autoritate confirmatum, unde acta quæcumque promanant, publicæ sunt autoritatis ac fidei: rescripsisse quidem ad se Illustrissimum Rei bellicæ Administrum, sed, nullâ præfati Libelli memorialis mentione factâ, expostulare solummodo, quòd, quæ prioribus suis Literis præscripta sunt, ad amussim non servantur. Quòdque Amplissimus idem Rector legi jussit tùm prædictum Libellum memorialem, tum præfati Rei bellicæ Administri Rescriptum, cum prioribus ejusdem Literis anno superiore datis; De eâ re, audito meritissimo Syndico, Placuit, Rorum omnium Actorum exempla tradi singulis tùm Decanis, tùm Procuratoribus, ut de iis quamprimùm ad Ordines suos referant.

Et ita super his tribus Capitibus conclusit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector.

28 febr. Anno dñi 1747. die vigesimâ-octavâ mensis februarii, — nimirùm feriâ tertiâ secundæ in Quadragesimâ hebdomadæ, horâ septimâ matutinâ, habita fuit in maturinensi Comitia ad aperiendum Rotulum, pro more antiquo.

1°. Postulante M. Lenevau, Syndico, Placuit Nominationum Rotulum aperiri.

2°. Quòd dixit meritissimus idem Syndicus, è vivis excessisse virum Clarissimum, forensis Eloquentiæ decus, M. Henricum Cochin, unum è quatuor Academicis in Curiâ Parlamenti Patronis, seu Advocatis, Placuit, in ejus locum aligi virum Clarissimum M. Clementem-Franciscum de Laverdy, inter Causidicos Parisienses famâ percelebrem.

Et ita super his duobus capitibus conclusit amplissimus Rector./. Cochet, Rector.

4. mart. Anno dñi 1747, die quartâ mensis martii, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. Quibus in Comitiis primùm interfuit M. Franciscus-Nicolaus-Augustus Le Gendre, novus Juridicæ

Facultæ=

facultatis Decanus.

1.° Supplicarunt pro Literis Nominationis jure magisterii artium et quinquennii MM. Petrus-Josephus Deme, presb. Aptensis; et Adrianus-franciscus DeWitte, subd. Audomaræus. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Literas magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2.° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3.° Placuit, solemnes et Ordinarias Universitatis supplicationes ad diem hujus mensis 21.am indici.

4.° Accessit Vir clarissimus M. Clemens-franciscus de Laverdy, in supremo Senatu Patronus; qui rogatus ab amplissimo Rectore, an Officium Patroni et Consiliarii Universitatis, vacans per obitum Viri Clarissimi M. henrici Cochin, ipsi in postremis Comitiis delatum, accipere vellet, se verò libenter et grato animo accipere accipere dixit et suscipere. Placuit, præfatum Mgrum de Laverdy ad Sacramentum admitti. Cochin mortuo, de Laverdy.

5.° Quòd exposuit meritissimus Syndicus, ad finem adductum esse tandem negotium illud legati Dni Le Gendre, de quo toties in hocce Academico Tribunali actum est: persoluta esse omnia Redemptoribus Juris emortui mancipii debita, et alia multa, quæ necessariò fuerunt in eam rem impendenda: liberum jam esse dicti legati proventum; semestrem illius pensionem jam esse Universitati numeratam; alteram sub hujus anni finem numeratum iri. Videndum, an solemnis illa præmiorum distributio, cujus gratiâ prædictum legatum Universitati attributum est, instituenda hoc anno videatur, an in sequentem differenda. Si differatur, fore in ipso censu tunc temporis percepto, unde sumptibus satisfiat. Si hoc anno fieri cœperit, impensarum partem ab universitate necessariò fore præstandam. utrum horum faciendum sit, se amplissimi Rectoris et Clarissimorum Deputatorum judicio permittere. De eâ re, Placuit, hoc ipso anno institui præfatam præmiorum distributionem; atque adeò, quamquam ærarium Academicum præ temporum difficultate angustiùs se habeat, ex eo tamen præberi ac præstari quod necesse fuerit,

ex Secuturis dicti legati proventibus, ubi commodum fuerit, recu=
=perandum. Rogandum amplissimum Rectorem, ut eam distri=
=butionem, dato in id mandato Rectorio, prænuntiari jam nunc
et in Universitate promulgari jubeat.

6°. Quòd Picardorum Natio, exposito per Deputatos rerum
Suarum Statu, Supplex postulavit, ut æs omne, quod ab uni=
=versitate à decem circiter annis ad fœnus annuum legitimum
sumpsit, remissis usuris omnibus, tam præteritis quam futuris, ad nudum
caput, sive ad nudam sortem, redigatur, liceatque sibi, cum in ære
suo erit, sortem illam per partes dissolvere, non magnas illas quidem, sed quales=
=cumque poterit singulis annis efficere. Item ut liceat sibi sportula=
=rum usum, ab annis circiter duodecim apud se suspensum, restituere;
De ea re, audito meritissimo Syndico, Responsum est, Universitatem,
quo tempore Domum emere parabat, Picardicæ Nationi, enixè petenti,
ad fœnus annuum dedisse æs suum, quo ipsa egebat; dedisse quam
minimâ potuit usurâ; quin etiam hoc concessisse ad dictæ Nationis
levamentum, ut per duodecim priores annos ab inito Contractu usu=
=rarum solutio, non remitteretur quidem, sed suspensa remaneret;
rem autem omnem sub autoritate supremi Senatûs esse confectam.
Itaque expectandum, dum illi duodecim anni elapsi fuerint; tunc
temporis visuram esse Universitatem, quid sibi agendum sit, si, quæ
hodie postulat Picardica Natio, tunc temporis postulet.

7°. De Scholarium Academicorum Catalogis, quos Illus=
=trissimus Rei bellicæ Administer per Literas, Regis nomine anno
præterito scriptas et hoc ipso anno iteratas confici jussit, de quibus
in postremis Comitiis statutum fuerat, ut singuli tùm Decani, tùm
Procuratores ad Ordines suos referrent, Consultissimus Jurium Decanus,
loco suo et ordine rogatus, dixit, Facultatem suam nullatenùs velle
negotium illud attingere, utpote, se inconsultâ, susceptum. Admonuit
Amplissimus Rector, priores Rei bellicæ Administri Literas, quum
primùm venerunt, fuisse cum singulis Decanis communicatas; recentiores
verò cum illis prioribus cumque omnibus libellis ad illud negotium
pertinentibus in postremo Tribunalis Academici Consessu lectas fuisse;
hanc ipsam sententiam, in quam in illo Consessu itum fuit et con=
=clusum, nempe ut ea res ad omnes Ordines Academicos referretur,
autorem habuisse Mgrum Bernard, Juridicæ facultatis tunc Deca=
=num: nullo modo videri, quî possit Consultissima Facultas neglec=
=tam se et inconsultam dicere. Respondit Consultissimus Decanus,
se Facultatis suæ sententiam fideliter retulisse, et suæ relationis
actum petiit. Cæteri, tùm Decani, tùm Procuratores, Ordinum
suorum sententias retulerunt, quæ quamquam formâ et verbis paulùm
diversæ, in hoc tamen congruebant, dandam esse operam, ne Univer=
=sitas Catalogos suos aliò deferre teneatur, quam quò consuevit
more majorum. Itaque placuit, in eam rem parari libellum sup=
=plicem ad ipsam Regiam Majestatem: cum paratus ille libellus
fuerit, communicari cum Decanis et Procuratoribus, atque etiam
Deputatis extraordinariis, si quos Academici Ordines adjungere vo=

=luerint

=luerint; deinde eum Libellum, si ita visum fuerit, ad Illustrissimum Rei bellicæ administrum deferri per amplissimum Rectorem cum ali= =quot Deputatis. Quod si quæ in eam rem haberentur extrà ordinem Comitia, ea esse sine sumptu habenda.

8°. Placuit, rogari meritissimum Syndicum et ornatissimum Normaniæ Procuratorem Nigrum Brenet, ut Rationes a Viro ho= =nato D. Renard de procuratione rerum Collegii Rubantini red= =dendas, privatim videam ac disjungant.

9°. Quòd dictus est faber lignarius, qui ligna et trabes ad ful= =ciendas præfati Collegii Rubantini ruinas præbuit, per libellum Sup= =plicem à Prætore urbano postulasse, ut, cum ligna sua à duobus circiter annis sterne omni aëris et imbrium injuriæ obnoxia atque inde labefactata et corrupta sint non mediocriter, adjudicetur sibi lignorum suorum pretium, non tamquam locatorum, sed ut vendito= =rum; Placuit, intervenire Universitatem, remque pro suo jure ad Supremam Parlamenti Curiam vocare, et totam Judicum pruden= =tiæ permittere.

Et ita super his novem capitibus, audito priùs super sin= =gulis meritissimo Syndico, concluxit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector.

Mandatum Ampl. D. Rectoris

quo promulgatur Institutio præmiorum Academicorum.

Nos Joannes Cochet, Universi Studii Parisiensis Rector, Omni= =bus Primariis, Professoribus ac Magistris Academicis Salutem. 10. Mart.

Jam dudum optabat Universitas nostra, ut præter ea Præmia, qui= =bus adolescentium æmulatio in singulis ejus Collegiis excitari solet, alia etiam instituerentur; quæ omnibus essent Collegiis Academicis com= =munia; ita rata videlicet, fore stimulos ad Studia altiora, si da= =rentur ejusmodi concertationes Scholasticæ, in quibus unusquisque decer= =tantium non solùm adversus Condiscipulos suos, sed etiam adversùs omnem Juventutis Academicæ florem vires suas experiretur.

Id tandem Supremi Senatûs Parisiensis beneficio contigit; qui= cum exortas de exequendo Legato quodam Clarissimi ac Venerabilis Viri D. LeGendre, Ecclesiæ Parisiensis, dum viveret Canonici et Succentoris, difficultas judicio suo dirimendas haberet, pro suâ æquitate et sapientiâ effecit non modò ne irrita caderet (quod fu= =turum videbatur) egregia ejus fundatoris liberalitas, sed etiam ut esset Literis, atque adeò Reipublicæ, utilior. Augustissimus nempe Ordo, tam Boni publici amans, quam Justitiæ tenax, ita postulante Illustrissimo Procuratore Catholico, decrevit, ut illud Legatum Universitati crederetur, ad solemnem præmiorum Literariorum distributionem (quæ prima ac præcipua Testatoris Voluntas fuit) secundum Ritus tamen Academicos, ab ipso Se= =natu

=natu recognitos et probatos, adhibendum.

Nos igitur, ut Supremi Senatûs Decreto faciamus satis, et Clarissimi Institutoris menti respondeamus, simul et Academiæ nostræ exsolvamus fidem, Notum facimus Gymnasiarchis et Professoribus, mense Julio proximé venturo locum fore solemni huic præmiorum distributioni, ad quam ii soli vocabuntur, qui in Collegiis nostris pleni, ut vocant, exercitii lectiones Academicas excipiunt vel in Rhetoricâ, vel in Secundo, vel in Tertio Ordine. Mense autem Junio aperientur Scholasticæ concertationes; in quibus proponentur, Rhetoribus quidem duæ Orationes scribendæ, quarum una Latiné, altera Gallicé: Carmen Latiné scribendum: Oratio Græca in Gallicam vertenda. Iis qui in Ordine secundo militant, Oratio Gallica in Latinam vertenda, Græca in Gallicam; item Carmen Latiné scribendum. Iis verò qui sunt Tertii Ordinis, Oratio Gallica in Latinam vertenda; Latina et Græca in Gallicam. Quibus autem diebus, quo in loco, et quâ ratione, ejusmodi certamina committentur, Nos tunc temporis indicemus, et ipsi argumenta administrabimus.

Interim hortamur Juvenes nostros Academicos, ut jam nunc splendidum illum honestæ gloriæ campum intuentes erigant animos, improboque labore et exercitatione multâ vires sibi faciant tantis certaminibus pares; cogitentque inprimis, nemini fas esse sperare victoriam, nisi qui egregié pugnare multò anté didicerit.

Datum in Ædibus nostris Mazarinæis, die Veneris 10. mensis Martii, anno dñi 1747. /. Cochet, Rector

21. Mart. Anno dñi 1747, die vigesimâ-primâ mensis Martii, habita sunt Comitia generalia et centuriata Universitatis in Maturinensi, ad sacras supplicationes.

Primùm in Angulo consessum est, ubi supplicarum pro Literis Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Nicolaus Cosnefroy, presb. Constantiensis; Petrus-Alexander Langlade, presb. Blesensis; Joannes-Antonius-Franciscus-Balthazar de Cardevacque, Acol. Atrebas; Ignatius Moly, presb. Ruthenensis; Ludovicus Beauperrin de Villemont, clericus Parisinus; Joannes Boutfort, presb. Rotomagensis; Claudius Roger, presb. Remensis; Joannes Aufray, diac. Parisiensis; Clemens-Petrus Servant, subdiac. Sanfloriensis. De his retulit M. Lenevau, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod in Literis clericalis Tonsuræ Mgri Servant deest cognomentum d'amourette, quod additum est ejus nomini gentilitio in Literis Magisterii; item M. Boutfort scribitur Boutefort in Literis clericalis Tonsuræ. Audito meritissimo Syndico, Placuit, suæ præfatis

Suppli-

Supplicibus postulata concedi, Mgris tamen Boutfort et Servan eâ conditione, ut priùs nomina sua emendari curarent aut in Literis clericalis Tonsuræ, aut in Literis Academicis.

Itum est deinde in Comitium, ubi postquam amplissimus Rector peroravit, Omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri Magistratu eique litteras Commendatitias decrevere, amplumque præbuere comitatum vitæ procedenti ad Eadem Deo sacram sub invocatione S. Annæ apud Eremitas S. Augustini ad Sequanam.

Pontificem egit M. Gargny, Doctor Theol. Concionem sacram ad populum habuit M. Sepher, Doctor Theol. Eucharisticam ad Pontificem M. Le Roi, Rhetor Cardinalitius. /.

Cochet, Rector

Anno dñi 1747, die vigesimâ-quartâ mensis Martii, habita fuit Comitia generalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi. 24. Mart.

Priusquam aperirentur Comitia, cum duo sederent in Sede Procuratoriâ Venerandæ Nationis, Scilicet M. Brenet et M. Morin, Surrexit M. fontaine in dictâ Natione Doctor-Regens, et intercessit, quominùs Procuratorem sa gereret præfatus M. Brenet, quippe qui annuum Procuratoris munus explevisset, et nunc munus illud ad unum é Regentibus esset devolutum. Mgr Ancel, dictæ Nationis Censor, et ipse M. Brenet dixere fasces Procuratorios fuisse dicto M. Brenet prorogatos.

Plura adjecturi hinc et inde videbantur, nî meritissimus Syndicus admonuisset, alieno tempore et loco moveri hanc controversiam. Expectandum, dum amplissimus Rector aperuisset Comitia audissetque Supplices: tùm ipsum de præsenti causâ cogniturum eâ formâ, quæ præscripta est in Senatus-Consulto anni 1744.

Ergo, cum Amplissimus Rector aperuisset Comitia fecissetque Supplicandi potestatem, Supplicarunt Julianus Le Sacher, Abrincensis, ut in utroque Logicorum Catalogo é nominibus suis detrahatur nomen, Antonius; franciscus-Edmundus Chollot, Parisinus, ut in priore Physicorum Catalogo pro Edmundo-francisco inscribatur franciscus-Edmundus; Clemens-Petrus Servant, Subd. Sanfloriensis, in artibus magister, ut é nomine suo gentilitio detrahatur Cognumentum Damouvette, tùm in Literis magistrii, tùm in Catalogis aliisve actis quibuscumque Academicis; Carolus-franciscus de Vandômois dict. Aubin, Subdiac. Parisiensis, ut in Catalogis aliis actis quibuscumque Academicis nomen suum gentilitium sic scriptum censeatur Vandômois, non, Vendosmois; Josephus Guillemot, Claromontensis, ut immunis fiat ab onere scribendi lectiones.

Le Sacher.

Chollot.

Servant.

De Vandômois de St. aubin

Guillemot.

Philosophicas, propter habitualem capitis infirmitatem, quam scripto testatur M. Lemonnier, Doctor Medicus Parisiensis;

Goupy. Carolus-franciscus Goupy, clericus Parisiensis, idem, ob gravem stomachi imbecillitatem, testante M. ferrein, Doc=

Gros. =tore Medico Parisiensi; Joannes Gros, clericus sanpapu=lensis, idem, ob atrocissimos capitis dolores, testante M. Le Thieullier, Doctore Medico Parisiensi; Natalis-Antonius

Dorey. rejectus. vid. cluonem, infrà. Dorey, presb. Æduensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen suum in pri=ore Physicorum Catalogo non scripserit, impeditus nempè gravi morbo, quo tunc temporis tenebatur, ita testante Chirurgo, quo usus est; Michaël-Ludovicus fumée de Pouligny, clericus Bajocæus, ut sibi pro uno

Fumée de Pouligny. anno in hac universitate computetur biennium Philosophicum, quod Cadomi confecit in Artium Collegio, nimirùm à Dionysialibus anni 1743 ad solemnes inducias anni 1745 ut constat ex Literis Patentibus Universitatis Cadomensis, quas exhibuit ac tradidit in Tabulario nostro deponendas. Idem supplicavit, ut in priore Catalogo anni Philosophici, quem hîc confecit, nomina sua gentilitia, perperam inversa, ordini suo restituantur, et pro De Pouligny fumée dicatur fumée de Pou=ligny; Jacobus-franciscus-Augustinus de Carrey de St. Gervais, Ro=

De Carrey de St. Gervais. =tomagæus, ut sibi pariter pro uno anno hîc computetur biennium Philosophicum, Cadomi in Collegio Sylvano confectum, nempè à Diony=sialibus anni 1740 ad solemnes inducias anni 1742, ut constat ex Lite=teris Universitatis Cadomensis Patentibus, quas exhibuit ac tradidit in Tabulario nostro deponendas; Henricus-Theodorus Bechet, clericus

Bechet. Remensis, ut etiam pro uno anno hîc sibi imputetur biennium Philosophicum, Remis in Collegio Bonorum puerorum confectum, sci=licet à solemni Scholarum instauratione anni 1741 ad ferias Aca=demicas anni 1743, ut constat ex Litteris Patentibus Universitatis Remensis, quas exhibuit ac tradidit in Tabulario nostro deponendas.

De his supplicibus retulit meritissimus Syndicus dixitque, nihil se morari, quominùs eis indulgeretur.

Tum amplissimus Rector, assumptis secum Ornatissimis Procuratoribus, Syndico et Scribâ, secessit in Comitium antiquum ad audiendam Controversiam, in Venerandâ Natione exortam de mu=nere Procuratorio, vocarique jussit ad Consilium Antiquiores Natio=num, ex unaquaque binos, scilicet ex honorandâ Natione MM. fro=mentin, Exrectorem, et Fremeau, Quæstorem; ex fidelissimâ, MM. Petit et Sencier; ex Constantissimâ MM. Poinsard, Decanum, et Iness, Censorem, Om=nes Procuratorios, excepto M. fromentin.

Comparuerunt Magistri Venerandæ Nationis, quos inter M. Dominicus Morin, Grammaticæ Professor in Cardinalitio, dixit, Quum absolutus esset ac peractus Magistratus Mgri Brenet, Procu=ratoris, Baccalaurei non-Regentis, vicesque Professorum recurrissent, se in Comitiis matutinis suæ Nationis, supplicatione pro more factâ, munus Procuratorium petiisse, nec præter se alium quemquam peti=isse. Neglectam tamen fuisse suam petitionem à majori Nationis

parte

parte, et ab eâdem facer Procuratorios ipsi Mgro Brenat fuisse pro=
=rogatos. Continuò maximam Professorum partem reclamasse, cum
dicerent, Procuratorium munus in Venerandâ Natione, sicut et in
aliis Nationibus, jamdudum annuum esse; illudque ex more institu=
=toque dictæ Nationis alternatim à Professoribus et Baccalaureis
non-Regentibus geri oportere. Ergo se, quum à dictis Professoribus
electus esset Procurator, sacramentum dixisse inter manus Exprocura=
=toris. Postulare itaque, ut sua electio confirmaretur, aut saltem
teneretur Veneranda Natio alia Comitia habere in præsentiâ, ad
eligendum novum Procuratorem ex ordine Professorum.

Plurimi Professores ex venerandâ Natione declararunt, se
postulationi præfati Mgri Morin adhærere.

Dixit Magister Ancel, Bacc. Theologus, et Normanicæ Natio=
=nis Censor, In Venerandâ Natione, quod majori suffragiorum numero
constitutum est, id ratum esse. Sic prorogator fuisse fasces Procura=
=toris Mgro Brenat. Id autem contigisse non per solos Baccalaureos,
sed exemplo præiviisse Antiquiores Professorum, Mgros Lemonnier,
L'hermitte et l'Ecollant. Nec videri ullam esse legem, quæ vetet
prorogari fasces Procuratorios ultrà unius anni spatium, cum id
sibi utile esse Natio judicat. Nam quod dicatur de alternatione
munerum inter Professores et Baccalaureos, nihil prorsùs ad rem
præsentem facere, quum Mgro Brenat, Baccalaureo, non alius
Baccalaureus suffectus sit. Itaque postulare se, nomine Venerandæ
Nationis, ut munus Procuratorium, quod ipsa Mgro Brenat, pro=
=rogavit, ritè ac legitimè prorogatum judicetur.

MM. L'hermitte, Lemonnier, et nonnulli Baccalaurei plu=
=rima in eandem sententiam adjecerunt: etiam dixerunt, idem
aliquando factum esse in Venerandâ Natione, et petitioni præfati
Ancel, Censoris, adhæserunt.

Auditus est M. Lefleveu, Syndicus et Procurator generalis,
qui dixit, In Venerandâ Natione, sicut in aliis Nationibus, ratum id
esse, quod majori suffragiorum numero constitutum est, modò id nec ali=
=cui legi publicæ, nec alieno juri adversetur. Nam si quis per id,
quod majorem suffragiorum partem tulit, læsum se existimat, licere
ei ad Judices recurrere, et jus suum vindicare. A centum fermè
annis Munus Procuratorium apud Venerandam Nationem, ut et apud
alias Nationes, annuum esse, cum antea trimestre esset. Sed si tota
Natio consentiat, si nemo reclamat, eccui dubium esse posse, quin
Procuratorii fasces uni eidemque Viro prorogari queant ultrà
unius anni spatium? Porrò reclamare Mgrum Morin, et cum
eo maximam partem Professorum Venerandæ Nationis, et intercedere,
ne hoc anno munus Procuratorium a Baccalaureo non-Regente
obtineatur, eò quod ad Ordinem Professorum devolutum sit,
jure alternationis.

Coram igitur Curia ab hac duplici quæstione pendere,
1°. An Munerum Alternatione Veneranda Natio teneatur? 2°. An
Munerum prorogatio ultrà tempus constitutum præfatæ alterna=

=tioni contraria sit?

Quoad priorem quæstionem, Anno 1745 die 28 aprilis, judicio, ut vocant, contradictorio, in hoc ipso Tribunali pronuntiatum esse, Munera Venerandæ Nationis ad Regentes et non-Regentes alternatim pertinere.

Quod ad alteram spectat, Certum esse, Munerum alternatio=nem non alio niti fundamento, non aliâ de causâ institutam fuisse, nisi ut inter Professores et Baccalaureos plena æqualitas servaretur. Quónam autem evasuram esse æqualitatem illam, si ad majoris partis arbitrium prorogentur munera ultrà tempus consuetum? Sané, qui Ordo pluribus suppositis constiterit, suffragiorum plu=ralitatem penes se habiturum; atque adeò munera apud se, quamdiu voluerit, sub prorogationis nomine, retenturum.

Nam quòd dicunt legem Alternationis non violari, nisi cum duo, vel plures, ex uno Ordine, uni ex altero opponuntur, meram esse cavillationem. In eo enim positam esse Alternationis vim, ut neuter Ordo munera diutiùs exerceat, quam alter. Nihil autem interesse, utrùm quod detrahitur alterutri Ordini, per unum, an per plures detrahatur.

Itaque sibi videri, nullam habendam esse rationem pro=rogationis à Venerandâ Natione factæ, cui maxima pars Profes=sorum intercesserit, et etiamnum intercedat. Injungendum præfatæ Nationi, ut ad suffragia redeat, novumque eligat Procuratorem, qui sit ex Ordine Professorum.

Auditi sunt Antiquiores Nationum, qui omnes unanimi consensu sententiam meritissimi Syndici amplexi sunt.

Auditis Partibus, audito Syndico, auditis pariter Antiquioribus Nationum Magistris, Re ab amplissimo Rectore in deliberationem apud Ornatissimos Procuratores missâ, Cen=suerunt, Judicium ad quindenam esse remittendum, ut Partes, quæcumque pro causâ suâ facere videbuntur, colligere valeant. Interim Procuratoris locum à Mgro Brenet esse retinendum. Et ita conclusit Amplissimus Rector.

Regressus ad Comitia generalia Amplissimus Rector cum Ornatissimis Procuratoribus, judicium, quod modò tulerat, publicè declaravit; misitque Nationes ad deliberandum de Supplicibus, de Quatuorviris confirmandis, simulque petiit ut rata et grata haberent quæ in suo Trimestri magistratu gessisset, Literasque sibi commendatitias decernerent.

Nationes, cum secessissent ad deliberandum, retulerunt se rata et grata habere, quæ gessit Amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu; Literas ipsi commendatitias decernere; indulgere supplicibus, excepto Natali-Antonio Dorey; con=firmasse Quatuorviros, in honorandâ Natione Mgrum Augier Baccalaureum Theologum; in fidelissimâ Mgrum Prophete,

Bacc.

Baccalaureum Theologum; in Venerandâ M. hecquart Bacc. Theologum; in Constantissimâ M. Duffy, Procuratorium. Et ita conclusit amplissimus Rector.

Quatuorviri, dicto priùs Solemni Sacramento, Conclave subierunt, unde digressi per mgrum Augier retulerunt, se fasces Rectorios Amplissimo Viro D. Joanni Cochet, Rectori, prorogasse.

Quæ prorogatio statim ab omnibus Nationibus comprobata est et confirmata.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector

Anno dñi 1747, die primâ Aprilis, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Mazarinæo. 1. April.

Cum facta esset supplicandi potestas, nullus accessit supplex.

1.° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

2.° Actum est de negotio ad Catalogos spectante. Ac primò de duobus illis capitibus, quæ habentur in Literis Illustrissimi Rei bellicæ Administri, anno præterito Regis nomine scriptis, videlicet ut singulis quibusque Trimestribus Catalogorum Academicorum exempla ad Politiæ Urbanæ Præfectum deferrentur, neque valerent testimonia Amplissimi Rectoris, Scholares Academicos, si qui forte Tabulis militaribus adscripti fuerint, Scholaritatis jure repetentis, nisi testimonia illa a præfato Politiæ Præfecto visa essent et comprobata, Declararunt clarissimus Exrector M. Petrus fromentin et meritissimus Syndicus M. Leneveu, duo illa capita nullatenùs sibi cognita, nedum secum communicata fuisse, priùs quam præfatæ Literæ venissent. Deinde lectus est Libellus supplex, Regi super eâ re porrigendus, pro ut in postremis Comitiis statutum fuerat. Placuit, hunc Libellum diligentiùs inspici, emendari ac reformari, et de eo proximis in Comitiis referri.

3.° Quòd Graduatus ille Parisiensis, qui die 3. Decembris proximè elapsi postulaverat, ut Universitas ad causam suam accederet adversùs presbyterum quemdam, in Universitate quidem Valentinâ Graduatum, sed ex confectis Lugduni Studiis in Seminario S. Irenæi, dictus est illud idem postulare, Placuit, stari Conclusione, die 7.ª Januarii de consilio Patronorum factâ, nimirùm ut, si oppugnanda sit aggregatio illa Seminarii Lugdunensis ad Universitatem Valentinam, insciâ et inauditâ Universitate

Parisiensi, insciis pariter et inauditis, ut videtur, cæteris Universita=
=tibus, facta, eam Universitas Parisiensis directè et per se tempore
et loco oppugnet.

4°. Quòd dictum est, sæpè contingere, ut in Ceremoniis, quæ
aut diuturniores sunt, aut fiunt extrà Parisios, plurimi Apparitores
Officia sua non per se, sed per Substitutos, obeant, Placuit, nullos
deinceps ejusmodi Substitutos ad Cæremonias admitti. Injungendum
Apparitoribus, ut per se Officia sua obeant. Qui abfuerint, sportulis
privandos.

Et ita super his quatuor capitibus, audito priùs super sin=
=gulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector

11. April. Anno dñi 1747, die undecimâ Aprilis, feriâ nimirùm tertiâ
post Dominicam in Albis, horâ septimâ matutinâ, habita est in
Maturinensi Synodus Beneficiatorum Universitatis. M. Petrus Sigor=
gne, novus Germaniæ Procurator.

1°. Postquam Amplissimus Rector Synodum aperuit, beneficia=
=ti per Universitatis Scribam hoc ordine appellati sunt.

Pastores Ecclesiarum parochialium

M. Christophorus Bellot, Licentiatus Theologus, Pastor Ecclesiæ
paroch. SS. Cosmæ et Damiani.

M. Claudius Leger, in artibus Magister, Pastor Ecclesiæ parochialis
S. Andreæ ab Arcubus.

M. Joannes-baptista-Antonius Cotelle, Lic. Theol. Pastor Ecclesiæ
parochialis S. Germani Senioris; ab Universitate inter majores be=
=neficiatos ultimò nominatus, designante Normanorum Natione.

Capellani

M. Carolus Tabourin, in Artibus Magister, Capellanus Capellaniæ
B. mariæ, in Ecclesiâ parochiali S. Andreæ ab arcubus.

Capellaniarum Savöesianarum.

M. Bertrandus Robine, Doctor Theologus.

M. Franciscus-Carolus Dufour, Doctor Theologus, et Ecclesiæ
Parisiensis Canonicus.

M. Petrus-Stephanus Gourlin, Bacc. Theol.

M. Andreas Potier, Bacc. Theol.

M. Josephus Ravy, Bacc. in Jure Canonico.

Capellaniarum de Castelleto

M. Petrus Meurice, in utroque Jure Licentiatus.

M. Julianus Chabrun, Bacc. Theol.

M. Petrus-Maturinus Vaillant, Bacc. Theol. ab Universitate
inter minores beneficiatos ultimò nominatus, designante et præsentante
Picardorum Natione.

Capel=

Capellaniarum de Thesauro Regio.
M Witasse de fontaine (franciscus), Lic. Theol.
franciscus Monchablon, presbyter.

Abfuerunt MM. Tabourin, Robine, Dufour, Meurice, Witasse et Monchablon, qui omnes exculati sunt, præter Mgrum Witasse.

Audito M. Letteveu, Syndico, Placuit, præsentes laudari, absentes verò qui sonticam absentiæ suæ causam dedere, pro excusatis haberi, cæteros pœnâ solitâ damnari.

2°. De Catalogis, Lectus est Libellus supplex, pro ut statutum fuerat in postremis Comitiis emendatus. Sed quamvis probatus fuerit, Placuit tamen, in aliud tempus differri.

Iterum declaravit Jurium Decanus, facultatem suam nolle negotium illud ullatenùs attingere, et actum declarationis suæ postulavit.

3. Placuit, mandari meritissimo Syndico et fidelissimo Quæstori, ut libros comparari eosque insignibus tum universitatis tum Dni Legendre instrui, omniaque ad futuram præmiorum distributionem parari ac fieri curent.

Et ita super his tribus Capitibus conclusit Amplissimus Rector./.

Cochet, Rector

Anno dni 1747, die decimâ-tertiâ mensis Aprilis, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, Officiariis majoribus et Apparitoribus, Versalias se contulerunt, super recenti obitu Serenissimæ Catharinæ, Poloniæ Reginæ, et Lotharingorum Ducissæ. 13. April.

Amplissimus Rector consolatorias Orationes habuit ad Regem, ad Reginam, ad Serenissimum Delphinum,+ argumento proprias, loco et personis maximè appositas./. N Piat Scriba

+ ad Serenissimam Delphinam

Anno 1747. die decimâ-nonâ Aprilis, horâ decimâ matutinâ, habita sunt in Maturinensi Comitia Tribunalis Rectorii præclaræ Artium facultatis ad mentem et secundum formam præscriptam in Senatus consulto die 31. Jul. 1744, ad dijudicandam controversiam in Normanicâ Natione exortam de munere Procuratorio; quæ controversia ad prædictum Tribunal Rectorium delata fuerat die 24 martii proximè præteriti, tùmque ampliata et ad quindenam rejecta. 19. April.

Lis erat, quòd die 24 mensis Martii ultimò elapsi, quo

die Normanica Natio novum Procuratorem eligere solet, fasces Procuratorii, quos per annum integrum gesserat M. franciscus Brenet, Baccalaureus non-Regens, eidem Mgro Brenet majore Suffragiorum numero prorogati fuerant, reclamante et intercedente maximâ Professorum dictæ Nationis parte, qui munus Procuratorium ad Ordinem Regentium hoc anno pertinere contendebant, propterea quod secundum Usus dictæ Nationis, à longâ serie annorum observatos vinque legi habentes, Munus illud à Professoribus et Baccalaureis non-Regentibus alternatim gesi et exerceri debeat, prout in ipso Tribunali Rectorio judicatum fuit die 28 aprilis 1745, judicio contradictorio, ut vocant, inter Magistros-Regentes et Magistros-non-Regentes præfatæ Nationis Normanicæ.

Actor fuit M. Dominicus Morin, Grammaticæ Professor in Cardinalitio, qui dicebat, se die 24 Martii, quum de more pro Munere Procuratorio, recurrentibus Professorum vicibus, supplicasset, electum fuisse Procuratorem ab eâ Nationis parte, quæ prorogationi præfati Mgri Brenet adversabatur, et eo nomine Sacramentum dixisse in loco Comitiorum inter manus Exprocuratoris.

Is tam suo, quam cæterorum, qui dictæ prorogationi intercesserant nomine, vocavit in jus ad hoc ipsum Tribunal secundum Juris formulas præfatum Mgrum Brenet ipsique adhærentes, porrecto in id libello supplice amplissimo Rectori, Partibus ritè denuntiato per Antonium Marchand, majorem Picardicæ Nationis Apparitorem, die 15ª hujus mensis Aprilis, et in publicas adversarium Nationum tabulas relato die 17. ejusdem mensis, qui quidem Libellus Supplex scriptum habet in calce, Communicatur cum Syndico Universitatis, Signatum, Cochet, Rector. et, Nihil moror pro re Academicâ, Signatum, Letheveu, Syndicus; et, Vocentur Partes ad Tribunal præclaræ Artium Facultatis, quod habebitur in Maturinensi die Mercurii 19. aprilis ann. 1747. Signatum, Cochet, Rector.

Causâ appellatâ, Mgr Brenet, quamquam ter vocatus, non comparuit, nec quisquam ejus nomine.

Igitur Mgr Morin, cum plurimis Professoribus comparens, postulavit, dari sibi actum desisti a Partibus vadimonii, et in emolumentum adjudicari sibi suas petitiones, nimirum, ut prorogatio Mgri Brenet in Comitiis Normanicæ Nationis die 24 mensis Martii facta, irrita et pro nullâ haberetur, sua autem electio, quem solus ex iis, qui eligi poterant, et supplicasset et electus esset, probaretur et confirmaretur. Quibus petitionibus adhæserunt mm. Durand, Le Vieil, Vray et Fontaine, dictæ Nationis Professores, illic præsentes.

Audito M. Letheveu, Syndico, auditis Antiquioribus Nationum Magistris, Re ab amplis. Rectore in deliberationem apud Ornatiss. Procuratorem missâ, censuerunt, dandum esse M. Dominico Morin actum desisti à Partibus adversis vadimonii, et in emolumentum suas ei petitiones adjudicandas; et consequenter prorogationem Mgri Brenet, die 24 Martii factam, pro nullâ habendam; electionem verò præfati Mgri Morin, eodem die factam, probandam esse et confirmandam, salvâ, nec obstante, quavis intercessione, aut appellatione. Et ita concluxit amplissimus Rector. /.

Cochet, Rector.

1747. Majo 79.

6. maji.

Anno dñi 1747, die Sextâ mensis maji, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo.

1° Supplicavit pro Literis Nominationis jure Baccalaureatûs in utroque Jure ex quinquennii M. Josephus Berier-Lagarde, presb. forojulienis. De eo retulit M. Lefevre, Syndicus, ac dixit, tum ejus Literas Baccalaureatûs, tum Clarissimorum Antecessorum, quos audivit, testimonia, quibus constat lectiones juris publicas fuisse ab illo per quinque annos integros exceptas, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Itaque se nihil morari, quominùs ei Literæ Nominationis concederentur, eâ tamen lege, ut, quod necesse est ex fuis hactenùs usurpatum, fidem Academiæ det inter amplissimi Rectoris manus. Placuit, admitti præfatum Supplicem eique Literas Nominationis concedi, eâ conditione a meritissimo Syndico appositâ; cui præfatus Supplex illicò satisfecit, præstito inter amplissimi Rectoris manus sacramento.

2° Lecta et recognita sunt, quæ in superioribus Comitiis acta fuerant et Statuta.

3° Petrus Bouchain, in Artibus Magister, qui die 3.ª Octob. 1744, et iterum die 25 maji 1745 Supplicaverat pro licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii, tertiò his in Comitiis eamdem licentiam postulavit. Dixit Meritissimus Syndicus, præfatum illum Petrum Bouchain, cum anno 1744 licentiam aperiendi pædagogii petiit, compertum quidem fuisse bonis ~~cum~~ esse moribus, sed virum fuisse non satis instructum iis ingenii virtutibus, quæ pædagogio regendo et docendo necessaria sunt; idcòque tunc temporis non admissum fuisse, spe tamen relictâ, si se magis idoneum præstaret, posse ei aliquando locum inter Pædagogos Academicos dari. Anno 1745 iterùm postulasse, nec fuisse admissum; quia aliquot antè mensibus, cum compertum esset, Pædagogorum Academicorum Societatem adeò numero laborare, ut sibi invicem nocerent, Decreto sancitum fuerat ne intrà duos annos ulli novi admitterentur. Ex illo tempore non imminutum esse præfatorum Pædagogorum numerum, sed discipulorum, quos in dies temporum calamitas variores facit. Itaque postulare se, ut, nullâ habitâ ratione Supplicationis præfati Petri Bouchain, Decretum, quod die 2. Januar. 1745 factum est, in duos alios annos prorogetur, et consequenter ne ulla Supplicatio pro licentiâ aperiendi hac in urbe pædagogii antè Calendas Januarias anni 1749 admittatur. Placuit, haberi rationem postulationis meritissimi Syndici, et, nullâ habitâ ratione postulationis præfati Bouchain, Decretum die 2. Januarii 1745 factum ad Calendas Januarias anni 1749 renovari.

4° Quòd dictum est, Viros quosdam, sine ullo Titulo, habere apud se puerorum multitudinem, quos instituere ac docere profitentur; quod quantum juribus et privilegiis Universitatis ad-

=versetur, ignorare neminem; Placuit, Mandari meritissimo Syndico, ut, sumpto Patronorum Consilio, omni viâ juris ejusmodi hominum conatus, nomine Universitatis, cohibeat.

5.° Placuit, indici diem hujus mensis 24.ta ad audiendas Quæstoris Academici Rationes.

6.° Quòd ornatissimus Picardicæ Nationis Procurator dixit, Ex duobus Quæstoribus, quos die 15 Febr. 1742 præfata Natio delegerat ad percipiendos fructus omnes suos ac reditus, sive stato ac ordinarios, sive fortuitos ac extraordinarios, quique die 20 ejusdem mensis ac anni fuerant a Tribunali Academico probati ac admissi, ac deinceps à Supremo Senatu confirmati, alterum, scilicet M. Joannem Querville, munus illud abdicasse; fidelissimam autem Nationem, cum ab eo impetrare non potuisset ut munus illud retineret, in illius locum elegisse M. Ludovicum Petit, humanitatis in Mazarineo Professorem. Se nomine præfatæ Nationis postulare, ut ea electio ab Academico Tribunali comprobetur. Audito meritissimo Syndico, qui dixit, se nihil morari, quominùs rata habeatur electio præfati M. Ludovici Petit, qui cum M. Ludovico Riquer, altero Quæstore, fructus omnes ac reditus Picardicæ Nationis, sive stato ac ordinarios, sive fortuitos ac extraordinarios, percipiat, servatis cautionibus ac conditionibus omnibus ac singulis, in Conclusione Universitatis die 12 mensis Maji 1734 factâ contentis, à fidelissimâ Natione die 19 ejusdem mensis acceptis, Senatus consulto die 23 mensis ejusdem confirmatis, ac demùm in Pactione Universitatem inter ac prædictam Nationem die 7.ª Julii subsequentis apud publicos Notarios initâ consignatis; quas inter Conditiones hæ sunt, quæ ad Quæstores pertinent

« Jusqu'à ce que ladite Nation (de Picardie) ait eteint lesdites 1575 ℔ de rentes, tant en principal qu'arrerages, ac soit entierement acquitté tant desdites 4000 ℔ d'avances, que de tous les arrerages qui seront échus du passé desdites trois parties de rentes qui seront dûes a l'université, les loyers de ses deux susdites maisons, ainsi que tous ses autres revenus, même Casuels, seront receus non par un Questeur ordinaire et annuel, mais par deux Questeurs, ou Receveurs, nommés d'Office pour un temps illimité . . . que ladite Nation presentera a la Cour conjointement avec l'université; Sauf a ladite Nation de regler par elle même, lequel des deux susdits Questeurs d'Office signera et delivrera aux Candidats pour la maitrise es arts, ou pour l'Immatricule, le Recepissé des Bourses et autres Droits de la Nation.

« Les susdits Receveurs remettront tous les trois mois au Receveur de ladite université le provenant desdits loyers et revenus, pour estre icelui employé par ledit Receveur de l'université a payer, de l'avis et en presence de tels Officiers, ou Deputés a ce nommés par ladite Nation, les arrerages de toutes lesdites rentes, ac même

le

1834 D.L.P. PARIS

« le principal desdites 1575.# de rentes constituées au profit des
« Particuliers, desquelles recette et dépense le Compte dud. Receveur
« sera arresté chaque année sans frais, par les Auditeurs ordinaires
« des comptes de ladite Nation.

« Pendant tout le susdit intervale de temps, il y aura dans
« ladite Nation cessation entiere de tous gages, honoraires, sportules,
« et distributions a tous ses Officiers et supports, hors les gages de
« ses deux Appariteurs.

De eâ re, Placuit, approbari et accipi M. Ludovicum Petit, suprà memoratum, qui cum præfato M. Ludovico Riquer, altero Quæstore, fructus omnes ac reditus Picardicæ Nationis, sive statos et ordinarios, sive fortuitos et extraordinarios, sive fortuitos et extraordinarios percipiat, servatis cautionibus et conditionibus omnibus et singulis, quæ habentur in Conclusione Universitatis die 12 Maji 1738 factâ, et Senatusconsulto die 23 ejusdem mensis confirmatâ, ac nominatim eâ conditione, ut præfata Picardorum Natio in supremi Senatûs Tabulas referri curet tam suam de electione prædicti mgri Petit, quam hanc præsentem Universitatis Conclusionem.

7° Dixit Meritissimus Syndicus, cum in quâdam Collegii hubantini Domo, quæ in viâ Amygdalinâ posita est, nonnulla resarcienda viderentur, Dnum Renard, dicti Collegii Procuratorem sequestrum, inconsultâ Universitate, immisisse fabros, qui jam nonnulla reficere cœperint, multa destruxerint. Quâ autoritate id fecerit, non constare; metuendum autem esse, ne præ negotiis, quibus occupatur, rem non satis expenderit, antequam inciperet, inceptam verò negligenter prosequatur. Placuit, mandari præfato meritissimo Syndico, ut ex ipso D. Renard resciat, quâ autoritate id fecerit. Conferat se quamprimum cum Universitatis Quæstore et D. Richard, Architecto, in illam Domum, et loca singula diligenter lustret, et quid facto opus sit, videat.

Et ita super his septem Capitibus, audito priùs super singulis M. Leneveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector. /.

Cochet, Rector.

Anno dni 1747. die decimâ-quintâ mensis Maji, habita sunt extrà ordinem Comitia Deputatorum universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. 15. maji.

Accessit Magnus Rituum Magister, funereo habitu, funereo Comitatu, et ex sedili brachiato, quod ipsi pro more paratum fuerat, obtulit ac tradit Regias Literas, quarum hic erat tenor:

De par le Roy. Tres chers et bien amés, ayant resolu de faire celebrer un service solemnel dans l'Eglise metropolitaine de nostre bonne ville de Paris pour le repos de l'ame de feüe nostre tres chere et tres amée soeur et Belle mere la Reine de

Pologne, Duchesse de Lorraine et de Bar; Et comme nous desirons que cette Cérémonie se fasse avec toute la decence convenable, Nous vous mandons et ordonnons de vous y trouver en l'ordre accoutumé au jour et a l'heure que le Grand maistre ou le maistre des ceremonies vous dira de nostre part. Si n'y faites faute, Car tel est nostre plaisir. Donné a Versailles le 5. may 1747. Signatum, Louis. et ad calcem, Phelippeaux.

Hæc autem erat inscriptio, A nos tres chers et bien amés les Recteur, Docteurs, Regens et autres Supposts de nostre premiere et ainée fille l'université de nostre bonne ville de Paris.

Postquam hæ literæ ab universitatis Scribâ lectæ sunt, et Libitinarii ac Bracones, quæ assolent, ritè proclamâvunt, Rituum Magister dixit, Exequiale Sacrum die decimâ-octavâ hujus mensis celebratum iri. Cui respondit Amplissimus Rector, Universitatem Regiis mandatis solitâ suâ fide obsecuturam.

In iisdem Comitiis actum est de nonnullis a Dñâ delatis nat, Secundariâ Domûs Academicæ Conductrice, postulatis; Quæ cum æqua viderentur, Placuit, mandari meritissimo Syndico et fidelissimo Quæstori, ut iis, nomine Universitatis, subscriberent.

Et ita concluxit Amplissimus Rector. /.

In his Comitiis primùm adfuerunt duo novi Procuratores, M. Carolus-Franciscus Prophete et M. Dominicus Morin, ille Picardus, hic Normanicus. // Cochet, Rector

18 maji. Anno dñi 1747, die decimâ-octavâ mensis maji, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum Adjunctis, Officiariis majoribus, et omnibus Aggregatoribus, contulerunt se é Scholis mediarum ad Basilicam B. Mariæ, ubi Exequiali Sacro ad pacem æternam Serenissimæ Catharinæ, Poloniæ Reginæ, Lotharingorum et Barrorum Ducissæ, justu regis celebrato, interfuerunt. /.

JBriat Scribæ

25. maji. Anno dñi 1747, die vigesimâ-quintâ mensis maji, habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Mazarineo ad excipiendas Rationes Accepti et Expensi ab Universitatis Quæstore per annum 1746.

Auditis probatisque Rationibus, compertum est ex Acceptis residuam esse Summam quingentarum viginti-quatuor Libellarum cum duodecim assibus et tribus denariis. Quam Summam 524tt 12. s. 3. d. Placuit in manibus Quæstoris relinqui.

Et ita concluxit Amplissimus Rector. /.

Cochet, Rector.

I.S.4 D.L.P. G.B. PARIS

Anno dñi 1747, die tertiâ mensis Junii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Mazarinæo. Quibus in Comitiis, absente morbi causâ M. Nicolao Piat, universitatis Scribâ, scribæ partes egit M. Petrus Fromentin, Exrector. 3. Junii

Nulli comparuere supplices.

1°. Retulit M. Leneveu, Syndicus, se juxtà Conclusionem die 6. maji factam, cœpisse in quosdam Viros, qui sine Titulo jus Pædagogorum usurpare videbantur, inquirere. Comperisse, eos qualemcumque facultatem à Præcentore Ecclesiæ Parisiensis habere, et ex eorum esse numero, quos vulgò Permissionarios vocant. De ejusmodi Permissionariorum indefinitâ multitudine jam dudum conqueri Pædagogos, tam Academicos, quam Præcentoris ordinarios; nec immeritò. Nam præter generale detrimentum, quod toti Virorum, easdem artes profitentium, Societati ex nimio Sociorum numero generatur, quid Pædagogo sperandum esse, si, postquam Stationem suam aut elegerit, aut acceperit, magnisque impensis Pædagogium suum erexerit, aliud derepente Pædagogium videat ad ipsas Domûs suæ fores exsurgere; hac ætate præsertim, cum passim videas hinc Magistellos nova in instituendis docendisque pueris jactantes Systemata, illinc Patres Matresque familias, malè credulos, in eorum insidias ruere amantes? Se existimare, agendum esse cum Illustrissimo Archiepiscopo, et novo, qui proximè designandus est, Præcentore, ut Pædagogorum querelis satisfiat, resque in communem bonæ institutionis utilitatem amicè componatur. Placuit, descendere in sententiam meritissimi Syndici.

2°. Quòd dixit meritissimus idem Syndicus, Mgrum Brenet, Nationis Normanicæ Exprocuratorem, qui secum et cum Ornatissimo Picardiæ Procuratore, Tribunalis academici jussu, Rationes Dñi Renard, Collegii hubantini Procuratoris sequestris, expendere cœperit, ab urbe, negotiorum causâ, abesse, nec scire, quo tempore sit reversurus; quòdque postulavit alium in ejus locum suffici, qui opus inchoatum prosequatur; Placuit, suffici Mgrum Morin, dictæ Nationis Normanicæ Procuratorem.

3°. Retulit meritissimus idem Syndicus, se, prout sibi in postremis Comitiis mandatum fuerat, lustrasse Domum hubantinam, in Vico Amigdalino sitam, cum D. Richard, Universitatis architecto. Comperisse multa jam facta opera, quorum nonnulla minùs utiliter videri suscepta. Novem Caminorum Stipites constructos esse; incumbere illos in murum Vicinæ domui communem; quem, sive proprio vitio, sive illorum pondere inclinatum esse non mediocriter. Hactenùs Dñum Renard ex solo suo Procuratoris sequestris Titulo egisse; Dici tamen jam jam a supremo Senatu postulaturum, ut, quæ reficienda sunt, per Architectos-Juratos inspectis et æstimatis, ea fieri per Senatus-consultum jubeantur. E re Universitatis esse, in illâ dictæ domûs lustratione, sive inspectione, interesse Syndicum, qui tam pro Collegio, quam pro Universitate, notas et animadversiones, quæ necessariæ videbuntur, in lustrationis instrumento, sive processu, ut vocant, verbali, apponat. Placuit, haberi rationem postulationis meritissimi Syndici, eique mandari, ut in illo

negotio præfati Collegii rem et Universitatis jura pro suâ prudentiâ tueatur.

4.° De negotio, quod Universitatem inter et Provinciam Aremoricam intercedit, occasione causæ Bernardini Piron, Nuntii Academici, in Supremo Regis Consistorio pendentis, cui causæ accessit Universitas per Conclusionem die 7. maji 1746 factam, dixit meritissimus Syndicus, Provinciam Aremoricam per novum Libellum Supplicem, Regi oblatum, postulare, ut Literæ Patentes, in Privilegiorum Universitati Parisiensis confirmationem anno 1722 datæ, referantur. Placuit, mandari meritissimo Syndico, ut quamprimùm cum domino Clemen, Universitatis hac in re advocato, videat, quid huic novæ petitioni opponendum sit.

5.° Dixit meritissimus idem Syndicus, Archipœnitentiariam, ut vocant, Ecclesiæ Remensis, altero ex duobus illis mensibus gradu-arii, quos vocum rigoris, vacavisse. Hanc Mgrum Batteux, Eloquentiæ Professorem in regiâ Navarrâ, continuò requisitissa fuisse Graduum Academicorum et regiæ Sanctionis anno 1743 promulgatæ, quâ Beneficia, quæ dicuntur Simplicia, Professoribus Artium facultatis Septennibus, quæ cæteris quibuscumque Graduatis assignantur. Archiepiscopum Remensem eamdem hanc Archipœnitentiariam alii Graduato, Doctori Theologo in Artibus non-Regenti, contulisse; ratum videlicet, id sibi licere tum per præfatam Sanctionem vigiam anni 1743, quâ Doctoribus Theologis, quæ cæteris Graduatis assignantur ea beneficia quibus animarum cura incumbit, tum per eam, quæ promulgata est anno 1745, quâ Collatoribus fit potestas, etiam mensibus quos dicunt rigoris, ex Graduatis, quemcumque voluerint, ad beneficia modò dicta eligendi et nominandi. Inde litem exortam inter Graduatum ab Illustrissimo Archiepiscopo nominatum, et præfatum Mgrum Batteux; ac primo statim congressu, sive in primâ, ut vocant, instantiâ, delatam fuisse ad Secundam Classem Libellorum Supplicum Curiæ Parlamenti Parisiensis. Quæstionem fuisse, an sit Pœnitentiaria ex genere beneficiorum, quæ Simplicia vocantur, an eorum, quibus animarum cura incumbit. Causâ cecidisse Mgrum Batteux; ac eo nunc animo esse, ut ab hoc judicio provocare paratus sit, si ad causam suam Universitas accedat et sumptus omnes in se suscipiat. Dictum est, triennium ad provocandum dari; si provocet Mgr Batteux, visuram Universitatem, quid sibi faciendum sit.

6.° Placuit, Sacras Universitatis Supplicationes ad diem hujus mensis 21.am indici.

7.° Placuit, hoc mense agi de Scholasticas Concertationes ad Solemnem præmiorum Academicorum distributionem; earumque rationem et ordinem per Mandatum Rectorium promulgari.

8. Audita et probata sunt Rationes Accepti et Expensi per annum 1746 a M. Ludovico Fontaine, Collegii S.ti Michaëlis Procuratore sequestro.

Et ita

Et ita super his octo capitibus, audito priùs super singulis M. Lesseveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector./

Sequitur Edictum Rectorium de sententiâ Tribunalis Academici promulgatum

Nos Joannes Cochet, Rector universi Studii Parisiensis, Omnibus Gymnasiarchis, Professoribus et Scholaribus Academicis Salutem.

Notum facimus, hoc Junio mense commissum iri Scholasticas Concertationes, de Præmiis Academicis ab ipsâ universitate solemniter distribuendis, ex institutione Viri clariss. D. Legendre. Ad eas autem admittetur nemo, nisi qui saltem ab ipso Sacræ Quadragesimæ initio in aliquo Academiæ nostræ Collegio lectiones publicas exceperit. Eam in rem singuli tum Rhetoricæ, tùm Secundi, tùm Tertii Ordinis, Professores seligent ex discipulis suis optimos, pro diversis scribendi generibus, quibus erit certandum. Horum nomina in Schedulâ describent, eamque à se subsignatam biduò ante singulos dies Concertationibus assignatos ad nos deferri curabunt. Quorum quidem dierum hic erit ordo,

Rhetores:
- Die Jovis 15 Junii Orationem Græcam in Gallicam vertent.
- Lunæ 19. Carmen Latinè scribent.
- Lunæ 26. Orationem scribent Gallicè
- Veneris 30. alteram Orationem scribent Latinè.

Secundani:
- Veneris 16. Oraonem Græcam vertent in Gallicam.
- Martis 20. Carmen Latinè scribent.
- Martis 27. Oraonem Gallicam in Latinam vertent.

Tertiani:
- Sabbati 17 Græcam Oraonem vertent in Gallicam.
- Jovis 22 Latinam vertent in Gallicam.
- Mercurii 28. Gallicam in Latinam vertent.

Iis diebus Academici Juvenes, à Professoribus suis, ut supradictum est, designati, horâ ipsâ septimâ matutinâ, apud Maturinenses aderunt. Ibi postquam omnes simul Sacris interfuerint, in Litterarii certaminis locum à Selectis Magistris, nostro et universitatis nomine delegatis, deducentur.

Ita de Consilii nostri sententiâ ediximus in Ædibus nostris Mazarinæis, die Sabbati 3 Junii ann. 1747. //.

Cochet, Rector.

Præter mandatum Rectorium, placuit, typis mandari et in Collegiis distribui Monita quæ sequuntur

Reglemens pour les Compositions

I.° Nul ne sera admis a composer, s'il n'est Ecollier etudiant actuellement dans un des Colleges de l'université, au moins depuis le commencement du Caresme, et s'il n'est compris dans la Liste que son

Professeur aura remise a M. Le Recteur.

2° Les Professeurs auront soin de ne mettre dans leurs Listes que ceux de leurs Ecolliers qu'ils croiront en etat de composer avec quelque distinction, relativement à l'espece de Composition, pour laquelle chacune de leurs Listes sera dressée.

3° Ils marqueront exactement les noms de baptesme et de famille de ces Ecolliers; et, en Rhetorique seulement, ils y ajouteront la qualité de Veteran, pour ceux qui auront effectivement cette qualité.

4° Les maistres, chargés de présider aux Compositions se rendront aux matutins a Sept heures du matin. Les Ecolliers Composans s'y rendront aussi a pareille heure; et apres y avoir entendu la messe, les uns et les autres se rendront dans la Salle des assemblées ordinaires de l'université. (ou plustost, dans le Cloistre).

5° La matiere de Composition sera envoyée par M. le Recteur, sous une enveloye cachetée, avec les Listes Signées des Professeurs. L'un des maistres, etant a la porte de la Salle, appellera les noms des Composans, conformément a ces listes: et s'il se trouvoit quelque Ecollier qui n'y fussent pas compris; ils seront renvoyés. L'autre maistre, etant dans la Salle, arrangera les Ecolliers a mesure qu'ils seront appellés; observant, autant qu'il sera possible, de ne point mettre ceux du meme College pres les uns des autres.

6° Les Composans auront soin d'estre munis d'encre, de Plumes, et de papier; ensorte qu'ils ne soient point obligés d'interrompre leurs Compagnons, pour leur emprunter ces sortes de choses la.

7° Ils n'apporteront aucuns Cahiers manuscrits de quelque espece que ce soit, pas même les devoirs corrigés qui leur ont été dictés dans leurs Classes.

8° S'ils apportent des livres, ce ne doit estre que des livres classiques. Ils s'abstiendront surtout d'apporter aucun Poëte Latin moderne, ni aucun Recueil imprimé de Pieces, soit de grosse soit de vers. Ils pourront se servir de Dictionnaires; mais dans la composition en vers ils ne pourront se servir d'autres que du Regia Parnassi, ou du Gradus ad Parnassum.

9° Ils mettront au haut de leurs Copies leurs noms de baptesme et de famille, celui de leur pais, de leur College, de leur classe, et la qualité de la Composition. Les Veterans de Rhetorique y ajouteront leur titre de Veteran. S'ils sont obligés d'ecrire sur le revers, ils auront attention de laisser en blanc tout le haut de la page qui repondra a l'endroit ou ils auront mis leurs noms et leurs qualitez.

10. Quand ils auront fait leurs Copies, ils les remettront entre les mains des maistres, qui seront presens; et ceux ci les remettront entre les mains de M. le Recteur aussitost apres la composition. Les Copies qui ne seront point ecrites assez correctement pour pouvoir

estre

1 S 4 D.L.F. PARIS

estre leüés par les Examinateurs, seront mises au rebut.

11.° Tous les Ecolliers composans seront soumis a l'autorité des maistres chargés de les garder, et leur obeïront. Ils observeront le silence et la modestie convenables; et si quelques uns d'entr'eux causoient le moindre trouble, les maistres les renvoyeront sur le champ.

12. Si quelque besoin les oblige de sortir de la salle, ils en demanderont la permission aux maistres, qui les feront conduire par le Domestique.

13. Dans les Compositions de Vers et d'amplification, les maistres ne receuvront point de copies passé six heures du soir, et dans les autres compositions, passé quatre.

14.° Dans tout le temps que les Ecolliers passeront aux maturins, soit dans le Cloître, soit dans les cours, avant ou apres la composition, ils seront modestes, et prendront bien garde de donner lieu a mrs les Religieux de se plaindre d'eux.

15.° Lorsque les Ecolliers seront entrés dans la salle, personne ne sera admis a leur parler, même sous pretexte de leur apporter de la nourriture, dont ils auront soin de se pourvoir auparavant./

N. Piat Scriba.

Anno dñi 1747, die vigesimâ primâ Junii habita sunt in maturinensi Comitia centuriata ad sacras Universitatis supplicationes. 21. Junii.

Primùm in angulo consessum est, ubi supplicavit pro Literis Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. Ludovicus Prota, presb. Ambianensis. De eo retulit M. Leneveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm ejus Literas Magisterii, tùm Professorum, quos audivit, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab eo rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit, annui dicto supplici.

Ibidem duo novi Librarii, Petrus-Alexander Le Prieur et franciscus De la Guette, fidem Academiæ dederunt, præsentati a D. Ganeau, uno ex adjunctis. Le Prieur. De la Guette.

Inde itum est in Comitium, ubi postquam amplissimus Rector peroravit, Omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt, quæ gessit in trimestri suo Magistratu; literas ipsi decrevere commendatitias, amplumque Comitatum præbuerunt rité procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S.i andreæ ab arcubus.

Pontifex, M. Gargui, Doctor Theol. Concionator ad Populum, M. Lefevre, Prof. Sorbonicus. Eucharisticus Orator, M. Ottin, Grammaticæ Professor in monte-acuto./

Cochet, Rector.

23. Jun. Anno dñi 1747, die vigesimâ-tertiâ Junii, habita sunt Co-
mitia generalia præclara artium facultatis in materinensi.

Prevostat Palladin. Postquam peroravit amplissimus Rector fecitque supplicandi potestatem, Supplicavit Petrus Prevostat Palladin, Crecensis, ut nomen gentilitium, quod in posteriore Logicorum catalogo scribitur Prevost, scribatur Prevostat; Joannes de Lespines, diaconus Bolonensis, ut duplex, s, addatur nomini suo gentilitio scribaturque de lespines, non, delaspine, tum in catalogis, tum in aliis actis quibuscumque Academicis; Joannes-Antonius Mialhis de Laborie, Anicensis, presb. ordinis Cluniacensis, ut nomen diœceseos, quod in Catalogis non scripsit, pro scripto habeatur; Joannes-baptista Courtin de Neufbourg, Lugdunensis, presbyter strictæ observantiæ Ordinis Cluniacensis expressè professus, ut nomen diœceseos, in Catalogis prætermissum, pro scripto habeatur in quibuscumque actis Academicis deesse compertum fuerit; Nicolaus Cauwet, clericus Parisiensis, ut in omnibus catalogis aliisque actis quibuscumque Academicis dicatur Cauwet, non, Coüat; in utroque autem Physicorum Parisiensis, non, Parisiensis: tum è nominibus suis detrahantur nomina, Joannes-Franciscus, quæ malè sibi adscripsit; Mauritius Poëzevara, Acol. Corisopitensis, ut è nominibus suis detrahatur nomen, Alexius, quod nomini suo baptismali malè adjunxit in priore Logicorum catalogo; Joannes-hubertus-Emmanuel Boehr, Acol. Argentinensis, ut ne sibi noceat, quòd in priore Logicorum catalogo, cum nomen suum inscriberet, duo illa nomina Joannes et Emmanuel prætermiserit, ac pro Physicis libellos, quos manu exceperat, casu amiserit; Joannes-Antonius-Maria de Langlade, clericus Mimatensis, ut pro dict. Paul dicatur de Langlade in omnibus catalogis; Franciscus-Theodorus Renouard, clericus Ambianus, ut è nomine suo gentilitio detrahatur cognomentum de la Chaussée in utroque Logicorum catalogo, pro Theodotio verò scribatur Theodorus tum in Logicorum posteriore, tum in priore Physicorum; Leonardus-Michaël Croüin, diœc. Carnutensis, ut pro Leonorio scriptus censeatur Leonardus, in omnibus catalogis aliisque actis quibuscumque Academicis; Joannes Boutfort, presb. Rotomagensis, in artibus Magister, ut ne sibi noceat, quòd dixit se Joannem-baptistam in catalogis aliisque actis quibuscumque Academicis; Joannes-baptista Hatté, Atrebas, ut ne sibi noceat, quòd nomen suum in posteriora Logicorum Catalogo non scripserit, cum postremis octo diebus mensis Aprilis abfuerit à Schola gravissimis negotiis impeditus, ita testante mgro Hubert, Professore suo in regio Burgundico Collegio; Ludovicus-Amabilis Maitre-jan, clericus Crecensis, ut immunis fiat ab onere scribendi lectiones philosophicas, ob assiduum capitis dolorem oculorumque debilitatem, quod testatur M. Munier Doctor medicus Parisiensis; immunitas autem illa ab initio mensis Martii sumat exordium; Bartholomæus Laborie, clericus Sarlatensis, ut immunis fiat ab onere scribendi, ob capitis oculorumque insignem debilitatem, testante eodem M. Munier; Armandus-Antonius de Ferrariis, clericus Tullensis, idem, ob

insignem oculorum debilitatem, testante M. Chomel, Doctore Me=
=dico Parisiensi; Ludovicus-Alexander Veillet, Parisinus, u
ne sibi noceat, quòd nomen scribere non potuerit in posteriore
Logicorum Catalogo, quippe Scholâ abesse coactus fuerit a Pas=
=chalibus ad Pentecostalia per morbum, quem Sevigio testatur
M. Moreau, Nosocomii Parisiensis Chirurgus; Joannes-Hyacin=
=thus Colin de la Biochaye, Acol. Nannetensis, u biennium
Philosophicum in Universitate Nannetensi confectum, sibi
hîc pro uno anno imputetur.

Veillet.
de duobus his postremis
vide conclusionem.

Colin de la
Biochaye.

De his Supplicibus retulit M. Le Neveu, Syndicus, et
in solo praefato Colin de la Biochaye moratus est, quem dixit
ingenio et moribus esse apprimè commendabilem; rem autem
petere, a longo tempore inusitatam, imo Universitati Pari=
=siensi Decreto, ejusdam facto, contrariam, nempè ut in aca=
=demiâ Parisiensi ratio habeatur Studiorum in Nannetensi
confectorum. Decretum autem illud sic habere.

Decretum Universitatis Parisiensis die
primâ mensis Martii anni 1698.

Quòd verba facta sunt .... et quaesitum est, Quid
fieri conveniret, si aliqua ex municipalibus academiis, cum
Parisiensi foederatis, contrà id, quod in moribus atque insti=
=tutis positum est, ita degeneraret a consuetudine ac disci=
=plinâ majorum, ut quemquam apud se, de quacumque
esset Congregatione, sive Saeculari, sive regulari, aut
Rectorem, aut in ullâ facultate Decanum esse pateretur,
aut ullum omninò Magistratum gerere; utrum foedus illum
porrò cum eâ Universitate retineri placeret. Eâ de re,
rogatis dictisque sententiis, Summâ omnium consensione,
Placuit, nullum amplius cum eâ Universitate foedus
ac Studiorum commercium haberi. Et ita ab amplissimo
Rectore conclusum est.

Vide et aliud Decre=
=tum die 23. Jun. 1667.
factum a praeclarâ
artium facultate.
Item conclusionem
ejusdem facultatis
die 10 octob. 1681.

Adjecit meritissimus Syndicus, stante illo Decreto,
non posse rationem haberi Studiorum in Academiâ Nanne=
=tensi confectorum, quoniam constat, Magistratus Acade=
=micos in eâ Universitate a Viris, per dictum Decretum de=
=signatis, geri posse ac solere. Itaque aut abrogandum illud
Decretum, aut praefatum illum Supplicem Nannetensem esse rejici=
=endum.

Amplissimus Rector petiit, ut rata et grata haberentur,
quae gessit in trimestri suo Magistratu, sibique Litterae Commendati=
=tiae decernerentur, et dimissi Nationes ad deliberandum de Supplici=
=bus confirmandosque Quatuorviros.

Reversae Nationes retulerunt 1.° Se rata et grata habere
quae gessit Amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eoque
nomine Litteras ipsi Commendatitias decernere; optare etiam

ut quam in his Comitiis Orationem habuit, in Commentarii Academicis inseri patiatur; rogare insuper, ut ipse, assumptis, quos voluerit, Comitibus, honoris causâ adeat Viros Primarios, qui universitatem in negotio Catalogorum officiis suis juverunt, iisque gratias agat. 2.° Se confirmare Quatuorviros matutinis in Comitiis electos, scilicet in honorandâ Natione Mgrum Furgault, in Mazarinæo Professorem; in fidelissimâ Mgrum Messier, Baccalaureum Theologum; in Venerandâ, Mgrum Durand, Virum Procuratorium; in Constantissimâ Mgrum La Roche, Exprocuratorem. 3.° Quinde cum prioribus Supplicibus indulgere. Velle stare veteribus institutis, et nominatim præfato illo Decreto anni 1698 die 1. mart. ac consequenter rejicere ac repudiare Supplicationem supra-dicti Joannis-Hyacinthi Colin de la Biochaye, Acolythi nannetensis. Repudiare pariter Supplicationem Ludovici-Alexandri Veillet, tùm ob longiorem á Scholis absentiam, tùm quòd non protulit testimonium Doctoris Medici Parisiensis. Et ita concluxit Amplissimus Rector.

Colin et Veillet, rejecti

Tum Quatuorviri, dicto priùs Sacramento, Conclave inierunt, unde digressi, per Mgrum Furgault retulerunt, se prorogasse fasces Rectorios amplissimo Viro D. Joanni Cochet, Rectori. Quæ prorogatio statim confirmata est ab omnibus nationibus.

Et ita concluxit Amplissimus Rector; simulque admonuit, Scholas Academicas die Martis 27. hujus mensis extrà ordinem vacaturas ob adventum Serenissimæ Delphinæ in hanc Urbem; ideoque Concertationem Scholasticam, ad illum diem indictam, ad diem Lunæ mensis Julii tertium rejectum iri. J.

Cochet, Rector

1. Jul. Anno Dñi 1747, die primâ Julii habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

1.° Supplicârunt pro Literis nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Guido-Petrus-Benitius Berthellot, presb. Redonensis; et Petrus Bouniol, presb. minatensis. Datis retulit M. Leveneu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum Literas Magisterii, tùm Professorem, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, sua præfati Supplicibus postulata concedi.

2.° Lecta et recognita sunt, quæ in Comitiis die 6. maji acta et Statuta fuerant.

3.° Quòd dixit meritissimus Syndicus, Cum animadvertum esset in Domo Academicâ Suburbanâ murum quandam á primâ contignatione ad ipsum Domûs fastigium exsurgentem non aliâ innixi basi, quam grandi trabe substratâ, quæ jam putrescere cœperit, murum ab ipso solo ad primam contignationem necessariò fuisse renovandum et opportunâ substructione firmandum. Item nonnulla

alia

alia, minoris momenti, sed necessaria tamen, de consilio D. Richard, architecti, fuisse rescindenda. Placuit, id probari ac ratum haberi.

4° Quod retulit M. Durand, Academiæ Quæstor, de quadam Donatione, quæ simulata videatur ad celandam venditionem, Placuit, mandari præfato Quæstori, ut collectis, quæcumque potuerit, documentis, viros peritos consulat.

5° Quod legit Universitatis Scriba formulam proclamationis in proximâ præmiorum distributione adhibendam, Placuit, eam cum Illustrissimo Procuratore Catholico communicari.

6° Placuit, eligi et designari Viros Academicos, qui concertationes Juvenum Academicorum Scriptiones, ad præfatam præmiorum distributionem, expendant ac de iis cum Amplissimo Rectore judicem. Electi sunt autem, qui expendant

Rhetorum

Orationem tùm Gallicam, tùm Latinam, MM. Biat, Eloquentiæ Professor Emeritus; Querelle, humanitatis Professor in Collegio Sorbonæ-Plessæo; Petit, humanitatis Professor in Mazarinæo.

Carmen Latinum, idem M. Biat; MM. Lebeau, junior, humanitatis Professor in Grassineo; Guenée, humanitatis Professor in Lexovæo.

Græcum Sermonem Gallicè redditum, idem M. Biat; idem M. Querelle; M. Le Con, Grammaticæ Professor in Mazarinæo.

Secundanorum

Orationem Græcam Gallicè redditam MM. Lebeau, major, Eloquentiæ Professor in Grassineo; Lallemand, Eloquentiæ Professor in Marchiano; Batteux, Eloq. Prof. in regiâ Navarrâ.

Carmen Latinum, MM. Guerin, Rhetor Plessæus; Lebel, Rhetor Mazarinæus; Le Roy, Rhetor Cardinalitius.

Gallicum Sermonem in Latinum versum, MM. Dagoumer, Litterarum Professor in Harcuriano; Fourgault, Litterarum Prof. in Mazarinæo; Bertinot, Litterarum Prof. in Lexovæo.

Tertianorum

Gallicum Sermonem in Latinum versum, MM. Lambert, humanitatis Professor in Marchiano; Riquer, humanitatis Professor in regiâ Navarrâ; Caffarel, humanitatis Professor in Monte acuto.

Latinum Sermonem in Gallicum versum, MM. Viel, humanitatis Professor in Harcuriano; Carouge, humanitatis Profess. in Cardinalitio; Collet, Grammaticæ Prof. in Dormano-Bellovaco.

Græcum Sermonem Gallicè redditum, idem M. Collet; MM. Guimbert, Grammaticæ Prof. in Sorbonæ-Plessæo; Varin, Sexti Ordinis Prof. in Marchiano.

Et ita

Et ita super his sex capitibus, audito priùs super singulis M. Letreveu, Syndico, concluxit Amplissimus Rector. S.

Cochet, Rector.

4. Augusti. Anno dñi 1747, die quintâ Augusti, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud Amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

1° Quòd verba fecit Amplissimus Rector, M. Nicolaum Briat, Universitatis Scribam, adversâ valetudine ab aliquot mensibus laborare, ita ut ægrè admodum officio suo defungi possit; unde res academicas necessariò retardari. Esse ipsi ex sorore nepotem, M. Henricum-Renatum Collet, Grammaticæ in Collegio Dormano-Bellovaco Professorem, cum ipso habitantem, qui non solum juvare avunculum, sed ex illius vices, ubi opus fuerit, implere ac gerere queat, si Tribunalis Academici auctoritate muniatur. Id per litteras enixè à præfato M. Briat, absente ac ægrotante, postulari. De eâ re, audito M. Letreveu, Syndico, placuit, habitâ rationem postulationis præfati mgri Briat; admitti prædictum Magrum Collet, ad gerendas Scribæ vices, quotiescumque Magister Briat, munere suo fungi non poterit, eique fieri potestatem et auctoritatem acta Academica expediendi ac subsignandi. Et continuo præfatus M. Henricus-Renatus Collet locum cepit ad Scribæ pulpitum.

2° Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium ac quinquennii MM. Antonius-Augustinus Morcau, presb. Rotomagensis; Antonius Garnier, subd. Lingonensis; Anna-Carolus Tudert, clericus Pictaviensis; Armandus-Leo Lemarle, clericus Trecensis; Antonius-Franciscus Vaudoyer, acol. Parisinus; Antonius-Petrus Gardeau, subd. Parisinus; Antonius-Claudius Rion, acol. Parisinus; Antonius-Ægidius Magné, presb. Sagiensis; Carolus-Renatus Autreau, acol. Suessionensis; Carolus-Benedictus Meniolle, diacon. Noviomensis; Carolus-Franciscus Raffin, subd. Altissiodorensis; Carolus-Ludovicus-Petrus Lauverjat, presb. Aurelianensis; Christophorus Lalane, acol. Aduensis; Carolus Vandendriesche, diaconus Audomarensis; Carolus-Antonius Bourgeois, clericus Laudunensis; Dionysius Lefebvre, subdiac. Bellovacus; Elias-Antonius Raffeneau-Delisle, acol. Parisiensis; Franciscus-Felix Petit, presb. Ambianensis; Franciscus-Josephus Stienne, diac. Parisinus; Franciscus Pinson, presb. Andegavensis; Guillelmus Guillemot, clericus Claromontensis; Guillelmus Defretas, presb. Claromontensis; Henricus-Antonius Roullon, acol. Carnotensis; Joannes-Baptista Relix, clericus Cenomanensis; Jacobus-Henricus Durville, subd. Parisinus; Joannes Ruguet, presb. Claromontensis; Josephus-Ludovicus Pineton, subd. Lugdunensis; Joannes-Baptista Gardin Dumesnil, presb. Constantiensis; Joannes-Petrus-Antonius Donnet, clericus Vapincensis; Joannes-Gilbertus Segaud, acol. Parisinus; Joannes de Lespines, diac. Bolonensis; Joannes-Baptista Bellanger, diac. Parisinus; Joannes-Petrus Delaplace, subdiac. Rotomagensis; Joannes Bonnet de Chateaurenaud,

acol.

1S4 D.L.F. PARIS P.P. EXTRA

acol. Lemovicensis; Joannes-franciscus Salats, acol. Parisinus; Jaco=
=bus Deverdier, diac. Vivariensis; Josephus-maria deharenc-de-
-la Condamine, acol. Viennensis; Joannes-Ludovicus Monin, acol.
ambianus; Julianus Deslandes, presb. Cenomanensis; Joannes Du=
=bessey de Contenson, subd. Lugdunensis; Joannes-Antonius De=
=nogent, acol. Lingonensis; Joannes-baptista Le Bel, diacon.
Ambianus; Joannes Morin, subd. Claromontanus; Joannes-Ca=
=rolus Lhermitte, acol. Constantinus; Joannes-franciscus Nioche,
presb. Parisinus; Jacobus-Martinus-Ludovicus Bademer, acol.
Rotomagensis; Josephus-Nicolaus-Dominicus de la Pomelie,
presb. ambianensis; Joannes-Thomas Coquignon, subd. Pari=
=sinus; Jacobus Marchand, acol. Senonensis; Joannes-baptista-
-Gabriel Vambert, diac. Parisinus; Josephus-franciscus Julien,
cleric. Cenomanensis; Julianus-Joannes-Jacobus Fay, cleric.
Cenomanensis; Leonardus-felix-Athanasius Pillain, subdiacon.
Atrebas; Ludovicus-Simon-alexander Prudhom, cler. aurelius;
Maximilianus-Claudius Bompart, diac. Parisinus; Matthaeus-
-Jacobus Vermond, acol. Parisinus; Nicolaus-alexander de
Bonnissent, presb. Rotomagaeus; Nicolaus Daniel, acol. Bel=
=lovacus; Nicolaus Jougleur, subd. Boloniensis; Nicolaus-Jo=
=sephus frouard, subdiac. Lingonensis; Paulus-Nicolaus Collard,
acol. Trecensis; Petrus-franciscus-Guillelmus Crevel, subdiac.
Rotomagaeus; Petrus-Quintinus Tavernier, diac. ambianus; Pe=
=trus ficquet, acol. Parisinus; Petrus-Claudius Phlippot, subd.
Meldensis; Philippus Dupressoir, acol. Bellovacensis; Petrus-
-Dionysius Cavey, subd. Constantiensis; Robertus Deneuville,
subd. Boloniensis; Stephanus-franciscus froissart, subd. ambia=
=nensis; Stephanus-Gregorius Lemaistre, acol. Rotomagensis.

De his supplicibus retulit M. Leneveu, Syndicus, ac dixit,
se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos au=
=dierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuiss.
ab iis rite confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem
requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, praeter quam quae
sequuntur. 1.° Petrus-Claudius Phlippot, protulit clericalis Tonsurae
Litteras, in quibus scribitur Philippot. 2.° Joannes Morin non exhi=
=buit litteras testimoniales Mgri Mercier, cujus lectiones Theologicas
excepisse se dicit à Lucalibus anni 1746 ad ferias Academicas anni
1747. 3.° Nicolaus et Edmundus Seguin, fratres, cursum suum Theo=
=logicum inchoarunt a die 19 Junii; quod academicae Disciplinae ac
rectae Rationi repugnat. Namque absonum est eo plane ridiculum,
aliquem auspicari curriculum Scholasticum eo fere temporis puncto
cum Scholae in tres menses claudendae sunt, extremamque illam
anni Academici particulam velle Triennii sui corpori velut caput
legitimum astruere, ita ut pro quatuor fere mensibus imputetur.

Audito meritissimo Syndico, placuit, rejici praefatos Nico=
=laum et Edmundum Seguin, donec Triennium Theologicum legiti=
=mum compleverint; caeteris autem supplicibus sua postulata concedi,
eâ tamen conditione praedictis Phlippot et Morin appositâ, ut hic ma=
=gistri mercier Litteras testimoniales anni 1747 universitatis scribae

exhibeat, ille verò nomen suum gentilitium in Litteris clericalis Tonsura, aut in Actis Academicis emendari curet.

3° Quòd expositis meritissimus idem Syndicus, Nonnulla Paedagogia, quæ Communitates vulgò appellantur, Academicam Disciplinam labefactare non mediocriter, dum Juvenes Academicos, quos apud se institutos habent, a Lectionibus Academicis per easdem abducunt, sive ordinarios feriarum dies; qui singulis hebdomadis in unaquaque Universitatis facultate Statuti sunt, pro arbitrio suo immutando, sive solemnium feriarum tempus, quo annus Academicus terminatur, longè, ac præter quam fas est, anticipando. Hac ratione perverti publicum Ordinem, ac quod pejus est, publica Studia in contemptum adduci. Super hac re tam gravi sè nihil in præsentiâ requirere, sed tempore ac loco requisiturum, atque etiam super pravâ quorundam Professorum indulgentiâ, qui ejusmodi studia, manca ac decurtata, tamquam integra tentantur. De ea re, rogatis dictisque sententiis, Placuit, dari præfato Syndico animadversionis suæ actum, eumque rogari ut eâ de re circa festa Paschalia de integro referat.

4° De Rubantinâ domo, quæ in Vico Amygdalino sita est, dixit meritissimus Syndicus, sè proxime die 3. Junii mandatum sibi fuerat, operam suam interponere, ne quid, inauditâ Universitate, fieret. Nominatum fuisse a Supremo Senatu Architectum-juratum Dnum Lebrun, qui opera, jam facta inspiceret. Se huic lustrationi, sive juridicæ inspectioni, cum Dno Richard, Universitatis Architecto, interfuisse. Visum esse Dnum Renard in hoc negotio negligenter, architectum verò, sive Lutomum, ab eo adhibitum, minùs bonâ fide sè gerere. Non repugnare Dnum Renard, quin Lutomum illum missum faciat. Alium Architectum, qui domum vicinam ac contiguam reficiendam susceperit, nomine Bourgeois, videri intelligentem ac virum probum. Cum illo sè agere jam coepisse, ut, quæ superstum in Rubantinâ domo facienda aut reficienda, suscipiat. Sed priùs à Supremo Senatu postulandum, ut Dnus Lebrun iterum lustret præfatam Domum, ut ex ipsâ rerum inspectione ac quæ reficienda, ac quâ ratione reficienda sunt ad majorem Collegii Rubantini utilitatem, judicet: quo audito, Supremus Senatus tùm de iis operibus, tùm de muro medio ac cum domo vicinâ communi, statuat. Audito meritissimo Syndico, Placuit, probari ac laudari ejus diligentiam. Postulari a Supremo Senatu per libellum supplicem, ut de iis, quæ reficienda sunt, secundum Juris formulas judicet. Non ante transigi cum Dno Bourgeois, aut alio quovis Architecto, quam accurata rerum faciendarum descriptio cum singularum pretii æstimatione exhibita fuerit ac diligenter examen. Jn eam rem delegari Ornatissimos Picardiæ ac Normaniæ Procuratores, qui cum meritissimo Syndico laborem ac operam partiantur.

5° Quòd verba fecit Amplissimus Rector, se, litteris ad se ab Artium facultate Burdegalensi scriptis, certiorem esse factum, duos Seminaria dicecesis Petrocoriensis Summovere adniti, ut Universitati Burdegalensi aggregentur, ita ut Studiorum Cursus in his duobus Seminariis confecti, valeant in præfatâ Universitate ad consequendos Gradus Academicos: huic autem Aggregationi intercedere prædictam Artium facultatem Burdegalensem. Se noluisse his litteris, inconsulto Tribu-

I.S.4 D.L.F. PARIS R.P. EXTRA

=nali Academico, respondere. Quódque auditus M. Leneveu, Syn=
=dicus, dixit, 1.º Ejusmodi Aggregationes videri sibi cum ipsâ Uni=
=versitatum Constitutione formâque naturali omninó pugnare. Hac=
=tenus enim Universitatis nomine nihil aliud intellectum, quam
Studium Generale, sive Corpus et Societatem Docentium ac Discen=
=tium, in eodem loco congregatorum, sub oculis ac regimine Acade=
=mici Magistratûs. Hinc Reges, aliosque Universitatum Conditores,
voluisse, non solùm ut singulæ in singulis civitatibus, sed etiam,
si pauló amplior civitas esset, in unâ aliquâ civitatis parte
continerentur; adeò persuasum illis fuisse, Corpori Academico, sive
Universitati, id imprimis esse necessarium, ut variæ, quibus confla=
=tur, Scholæ, varia supposita, quibus constat, proximé inter se et
communi statione jungantur! Hos verò, quo nomine appellaturos
fuisse Universitatem, si qua esset ejusmodi, cujus membra in locis
longé dissitis, in diversis Diœcesibus, forent disjecta? cujus pars
partem ignoraret, et ab eâ vicissim ignoraretur? 2.º Ex illis ag=
=gregationibus Universitati cuilibet exitium imminere certissimum.
Quid enim de Universitatibus futurum, si, quæcumque sunt in
Gallicanis Diœcesibus Seminaria, aggregationis nomine, Universita=
=tum jura adipiscantur? Illas nimirùm Universitatis nomen retentu=
=ras, hæc rem habitura: Publicarum Scholarum parietes apud
illas foré, apud hæc Scholasticos: remansuros quidem in Universi=
=tatibus Academicos Magistratus, Candidatorum Judices, et omnem
publicæ autoritatis apparatum; sed eam autoritatem obnoxiam ne=
=cessarió futuram Seminariorum voluntati, nec nisi ad eorum arbi=
=trium exercendam. Hoc malum, nî properé avertatur, brevi in om=
=nes Universitates invasurum. Valentinam paucis abhinc annis,
insciâ Parisiensi, et, ut credere par est, insciis cæteris Universita=
=tibus, ultró victas manus Seminariis Lugdunensi, Podiensi et Viva=
=riensi dedisse. Ecce duo alia velle in Burdegalensem irrumpere;
nec dubitandum, quin alia, ac deinceps alia, idem pro se quodque
sint molitura. Itaque, se rogare Amplissimum Rectorem Sapi=
=entissimosque Deputatos, atque etiam pro munere suo postulare, ut
ad hanc rem, tamquam gravissimam, animos advertant, videantque
quâ ratione et malum jam factum sanari, et instanti obviam
iri queat; De ea re, rogatis dictisque sententiis, placuit,
Rogari Amplissimum Rectorem, ut assumptis secum, quos voluerit,
Comitibus, Illustrissimum Galliæ Cancellarium adeat, eique justos
Universitatis metus exponat. Consulendos Patronos et Jurium peri=
=tos, quid Universitatem facere deceat, et quâ ratione. Adhibendam
eorum, aut alicujus ex eis operam in conficiendo libello memoriali.
Interim hortandam Artium facultatem Burdegalensem, scriptis ad
id ab amplissimo Rectore litteris, ut in intercessione suâ perstet,
seque ab universitate Parisiensi adjutum iri confidat.

6.º Quód dictus est magnus quidam Universitatis nuncius, mu=
=nicipalis civis, non Parisiensis, petere, ut causæ cuidam suæ, in quâ
de privilegio suo Academico agitur, ipsa Universitas accedat, Dictum
est, Universitati semper cordi fuisse, ut suis ejusmodi nuntiis, quos
sibi addictos suisque oculis subjectos haberet, si ope suâ indigerent,

auxiliaretur: qui verò aliò abierunt maternisque oculis se sub=
=ductos voluerunt, iis curandum esse, ut privilegium ipsi suum
tueantur.

7.° Cum propter varia impedimenta nondum certa dies ad solem=
=nem præmiorum distributionem constitui potuerit, Placuit, rogari
amplissimum Rectorem, ut cum paratus erit Orator, quo die cum Il=
=lustrissimo Senatûs Principe convenerit, per mandatum Rectorium
indicat.

8.° Placuit, reparari quædam in domibus Collegii Trecorensis,
pro prudentiâ M. Ludovici fontaine, dicti Collegii Procuratoris sequestri,
et de consilio peritorum.

Et ita super his octo capitibus, audito priùs super sin=
=gulis M. Le Neveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector

14 Aug. Anno dñi 1747, die decimâ-quartâ mensis Augusti, habita
sunt in Maturinensi Comitia gñalia præclaræ Artium facultatis.

1.° Clarissimi Procancellarii appellarunt Examinatores Licenti=
=andorum in Artibus, à meritissimis Cancellariis designatos, nimirùm
apud B. Mariam M. Petrum-Vincentium Tremeau, Bacc. Theologum,
ex honorandâ natione; M. Laurentium-Bernardum Thiebaut, in arti=
=bus Magistrum, ex fidelissimâ; M. Josephum-Carolum Joly, Baccal.
Theologum, ex Venerandâ; M. Gualterium Daton, Licent. Theologum,
ex constantissimâ. Apud B. verò Genovefen, M. Blasium Carouge,
Grammaticæ Professorem in Cardinalitio, ex honorandâ natione; M.
Blasium Messier, Licent. Theologum, ex fidelissimâ; M. franciscum
Brenet, Bacc. Theologum, ex Venerandâ; M. Michaëlem Curin, Lic.
Theologum, ex Constantissimâ.

Dimissæ ab amplissimo Rectore nationes ad deliberandum, ac
deinde regressæ retulerunt, creari à se Licentiandorum in Artibus Exa=
=minatores, octo Magistros, supra nominatos, a meritissimis Cancellariis
designatos. Atque ita conclusit Amplissimus Rector; et continuò inter
ejus manus Sacramentum dixere præfati Examinatores, præsentibus
Procancellariis.

2.° Digressis Procancellariis, factâ ab amplissimo Rectore sup=
=plicandi copiâ, supplicârunt Ludovicus-Abel-Joachimus Mennesson,
Mennesson. clericus Laudunensis, ut in hac Academiâ Parisiensi pro uno anno sibi im=
=putetur biennium Philosophicum, quod in Universitate Remensi con=
=fecit, scilicet a Lucalibus anni 1744 ad ferias Academicas anni
1746, ut constat ex Litteris Patentibus ejusdem Universitatis Remensis,
quas exhibuit præfatus supplex et tradidit in Tabulario nostro asservan=
Pothier. =das; Joannes-Victor Pothier, cleric. Trecensis, ut ne sibi noceat,
quòd nomen suum in priore Physicorum Catalogo, apud Scribam Acade=
=micum deposito, non reperiatur, cum inscriptum sit in Catalogis ejusdem
De Grosourdy dept. Pierre du Chatel. Semestris, penes Primarium et Professorem remanentibus; Carolus-Cæsar
de Grosourdy-dept. Pierre-du Chatel, clericus Lexoviensis, ut ne

sibi -

1 S 4 D.L.P. PARIS R.P. EXTRA

sibi noceat, quód in tribus Catalogis praetermisit nomen baptismale, Caesar, et nomen gentilitium, de grosourdy; item in duobus omisit cog=nomentum, Duchatel; quodque in iis tribus Catalogis malé sumpsit cognomentum, d'heudreville; item quód in uno se per errorem dixerit Rotomagensem, non, Lexoviensem; petiitque, ut censeatur inscriptus Carolus-Caesar de Grosourdy-de St Pierre-du Chatel, clericus Le=xoviensis, tum in omnibus Catalogis, tum in aliis actis quibuscumque Academicis; Clemens-Ludovicus Desfriches, diac. Aurelius pro Aurelianensi scriptus censeatur Aurelius in utroque Logicorum Ca=talogo; Nicolaus-Joannes Bachelé, presb. Rotomagensis, ut pro Joanne-Nicolao scriptus censeatur Nicolaus-Joannes in omnibus Catalogis et in aliis quibuscumque actis academicis; Elias Borie, Parisinus, ut ne sibi noceat, quód nomen ejus non reperiatur in priore Catalogo Physicorum, apud academicum scribam deposito, cum inscriptum sit in Catalogis ejusdem semestris, penes Professorem et Primarium remanenti=bus; Joannes de forest, subdiac. Tolosanus, ut ne sibi noceat, quód in priore Logicorum Catalogo nomen suum gentilitium scripsit de foret, non de forest; Basilius-Anna-Octavius Garsement de fontaine, acol. Senonensis, ut nomen suum baptismale, Basilius, é postremo loco ad primum referatur in priore Logicorum Catalogo; Hugo-Antonius Dubertrand, Parisinus, ut ne sibi noceat, quód in priore Physicorum Catalogo suam diaecesim designare omiserit; Antonius Dubois, presb. Bellovacus, ut ne sibi noceat, quód in priore Physicorum Catalogo scrip=sit se Bellovacensem; Petrus Venard, presb. Vivariensis, ut ne sibi noceat, quód litteras testimoniales unius anni Philosophici, à se per=acti in Collegio forteto, a Remig. ann. 1739 ad ferias Academicas anni 1740, a suo Professore M. Richon non habeat, cum ille Professor praeter expectationem cursum suae professionis abruperit, et Parisiis abcesserit, ita ut ab eo tempore ubinam sit, prorsus ignoretur: quod ut ipse supplex aliquatenus suppleret, habere litteras testimoniales Primarii dicti Collegii, quibus constat, illum per suprà dictum annum lectiones philosophicas praefati mgri Richon scriptis et auribus exce=pisse; Claudius-henricus Caignart de Pommery, clericus Laudu=nensis, ut ne sibi noceat, quód in priore Logicorum Catalogo scrip=serit se Andream pro henrico; Renatus-Gilbertus Dampol, cleric. Parisinus, ut ne sibi noceat, quód in priore Logicorum Catalogo scrip=serit se Gilbertum-Maturinum, non, Renatum-Gilbertum, item quód in posteriore dixerit se Parisiensem, non, Parisinum; Joannes-baptista-Polixena-Elzearius Rippert de monclard, cleric. Aquisextanus, ut ne sibi noceat, quód in uno Catalogo omiserit litteram, p, in nomine gen=tilitio Rippert, in alio praeposuerit particulam, de, eidem nomini gentilitio; Jacobus-martinus-Nicolaus henry de la feüille, Parisinus, ut ne sibi noceat, quód in posteriore Logicorum Catalogo nomen suum scribere non potuerit, morbo scilicet impeditus, quod testatur M. De Vandenesse, Doctor medicus Parisiensis, item quód in quibusdam Catalogis scripserit quasi nomen baptismale, henricus, quod est nomen gentili=tium, denique ut in omnibus Catalogis nomina sua, quae varié ordi=nata sunt, sic scripta censeantur, Jacobus-martinus-Nicolaus Henry

Desfriches.
Bachelé.
Borie
De forest.
Garsement de fontaine.
Dubertrand.
Dubois.
Venard.
Caignart de Pommery.
Dampol.
Rippert de monclard.
Henry de la feüille.

Arignan. dela feuille ; Petrus-Nicolaus Arignan, clericus Aurelius, ut ne sibi nocaat, quòd in utroque Logicorum Catalogo addiderit nomini suo gentilitio cognomentum, delamotte ; Andreas-Guillelmus Hurault de St. Denis, clericus Blesaus, ut ne sibi noceat, quòd in priore Logicorum Catalogo Scripserit se, huraut, sine littera, l, non, hurault ; Joannes-baptista Godard, Divionæus, ut ne sibi noceat, quòd in Catalogis Philosophicis addiderit nominibus suis nomen, Arnaldus ; Marcus-Josephus Bally de Roison, clericus Gratianopolitanus, ut liceat sibi abjicere nomen, francicum-Salesius, quòd nominibus suis adjecit in tribus Catalogis ; Renatus-Carolus Tachau, Canomanensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen, Carolus, in utroque Catalogo Logicorum omiserit ; Petrus-Jacobus Doms, clericus Condomiensis, ut è nominibus suis tollatur cognomentum Lafare, quod malè sumpsit in tribus Catalogis ; Ludovicus-Alexander Veillet, Parisinus, ut ne sibi noceat, quòd nomen suum in posteriore hujus anni Catalogo inscribere non potuerit, tum sibi ipse morbo impeditus, quod scripto testatur M. de Vandenesse, Doctor medicus Parisiensis ; franciscus de Villemenet, presb. Audomarensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen suum in posteriore Logicorum Catalogo scribere non potuerit, ob gravem morbum, quo tunc temporis correptus est, ita testante M. Davier, Doctore medico Parisiensi.

Hurault de St. Denis. Godard. Bally de Roison. Tachau. Doms. Veillet. De Villemenet.

Audito de his supplicibus M. Leneveu, Syndico, Nationes ad deliberandum ab amplissimo Rectore dimissa, retulerunt, se omnibus indulgere.

Et ita concluxit amplissimus Rector. / Cochet, Rector.

18 aug. Die decimâ-octavâ mensis Augusti, amplissimus Rector promulgavit Mandatum, quod sequitur, ad solemnem præmiorum distributionem, prout Statutum fuerat die quintâ ejusdem mensis.

Mandatum Rectoris

Nos Joannes Cochet, Universi Studii Parisiensis Rector, omnibus magistris et Scholaribus Academicis Salutem.

Vidimus, non sine magno lætitiæ sensu, quantâ alacritate Juvenes nostri Academici ad certamina, nuper à nobis proposita, accesserint ; quanto ardore animi, quantâ ingenii contentione præclara, ineruditia illa quidem, sed tamen operosa, per plurimos dies sustinuerint. Superest jam, ut, pro variis pugnarum generis, sua cuique victori laus victoriæque monimenta ritu Academico decernantur.

Hanc in rem mandamus, ut qui ad ea, quæ diximus, certamina admissi fuere, ii præsertim, quibus est spes aliqua dulcis palmæ, adsint die Mercurii 23. hujus mensis, horâ post meridiem quartâ, in majoribus Sorbonæ Scholis ; ubi Nos quoque cum universâ Academiâ nostrâ adsimus. Et postquam Virum clariss. M. Petrum Fromentin, Exercitorem, perorantem audiverimus, Præmia literaria ex posthumâ liberalitate D. Ludovici Lelegendre, annuente, ei, quod speramus, præsente Supremo Senatu, pro cujusque meritis distribuemus.

Quibus autem illa obtigerint, ea, non tam ut præmii laboris mercedem, quam ut futuri incitamentum, accipiant ; simulque initiis jam assuescant, quidquid inest sibi tum animi, tum ingenii, illud totum

I S 4 D.L.F. PARIS P.P. EXTRA

totum et Religionis, et Patriæ, et Optimi Regis, qui omnia in se Patriæ jura complectitur, devovere.

Ita de Consilii nostri sententiâ ediximus in ædibus nostris Mazarinæis, die Sabbati 5. Augusti, anno dñi 1747./

Cochet, Rector.

Anno dñi 1747, die vigesimâ-tertiâ mensis Augusti, horâ post meridiem quartâ, Congregata est Universitas in exterioribus Sorbonæ Scholis, ex mandato Rectorio, die 5. hujus mensis dato, ad Solemnem præmiorum Academicorum distributionem. 23. Aug.

1° Amplissimus Rector cum Academico Tribunali in Scholis interioribus consedit. Ibi mota quæstio est, utrùm in appellandis Scholasticis, qui præmia meruisse, vel ad ea proximé accessisse judicati fuerint, appellanda quoque sint Collegiorum nomina, in quibus lectiones publicas excipiant. Audito et requirente M. Leneveu, Syndico, re ab amplissimo Rectore ad deliberandum propositâ, unanimi consensu Placuit, Cum singulis, qui appellabuntur, Scholasticis appellanda esse Collegia, in quibus publicas lectiones excipiunt.

2° Conquestus est Picardicæ Nationis Procurator, quòd in hac Congregatione suus unicuique ex Ordinum Academicorum Ducibus non attributus est cœperitor. Adversùs hanc omissionem contestatus est et actum suæ contestationis postulavit. Placuit, præfato Procuratori suæ contestationis actum dari, ac de eâ in proximis Comitiis deliberari.

Et ita super his duobus capitibus conclusit amplissimus Rector.

Inde itum est in Scholas exteriores. Aderat Illustrissimus Senatûs Princeps, cum Præsidibus infulatis, et magno Senatorum numero. Aderant et plurimi aliorum Ordinum Magistratus.

Extructa erant et Scalarum instar parietibus applicita sedilia; in quibus sedebant, qui admissi fuerant ad certamina, Scholastici, non omnes (neque enim tantam multitudinem capere locus poterat) sed eorum certa pars, centum circiter et quinquaginta, inter primores selecti.

Orationem de Æmulatione habuit ex suggestu ab amplissimo Rectore delectus Orator, Rhetorum Mazarinæorum alter, Vir clar. M. Petrus Fromentin, Exrector.

Postquam ille dicendi finem fecit, Amplissimus Rector cum Academico suo Consessu, relictis sedibus superioribus, descendit in pulpitum, ubi parata erat et exposita magna Librorum et laurearum Copia. Tum jussit per Mgrum Collet, Proscribam, (aberat M. Piat morbo detentus) appellari Victores, prout erant in Tabulâ descripti.

Primus inter appellatos, cum ad amplissimum Rectorem accessisset, fuit ab eo, honoris causâ, ad Illustrissimum Senatûs principem remissus, ut ab eo præmium, quod paratum erat, acciperet.

nec recusavit Vir Illustrissimus idem ac humanissimus, quin sumptum de maritissimi Syndici manu præmium multâ cum benevolentiæ significatione Victori adolescenti in manus traderet ejusque capiti coronam imponeret. Alii omnes ab Amplissimo Rectore ea præmia ac laureas acceperunt.

Juvat autem ac proclamationis formulam, ac eorum, qui appellati sunt, nomina hîc conscribere.

Quod Religioni, Rei Literariæ, totique adeò Reipublicæ,
felix, faustum, fortunatumque sit.
Anno Rep. Sal. humanæ M.DCC.XL.VII.
Ex quo regnare cæpit Ludovicus XV. trigesimo-secundo,
die 23. mensis Aug.
Alma Studiorum Parens, primogenita Regum filia, Univ. Parisiens.
Amplissimo Viro DD. Joanne Cochet, Rectore,
In Scholis Sorbonicis congregata, ad Solemnem præmiorum
Literariorum distributionem, Senatus-consulto die 8. martii 1746
apud se ex posthumâ liberalitate V. C. Ludovici Le Gendre,
Ecclesiæ Parisiensis, dum viveret, Canonici ac Succentoris,
instituta:
Post habitam à V. C. M. Petro Fromentin, Exrectore, Orationem,
Annuente ac præsente Supremo Senatu,
Athletas suos hoc ordine coronat ac remuneratur.

In Rhetoricâ

Amplification Latine.

Primum Orationis Latinè scriptæ præmium inter Veteranos meritus ac consecutus est Jacobus Vilkinson, è Collegio Graffinæo.

Secundum inter Veteranos Paulus Le Gat, è Colleg. Dormano-Bellovaco.

Proximè accessit inter Veteranos Carolus-Adrianus Ducaurroy, è Colleg. Dormano-Bellovaco.

Primum ejusdem Orationis præmium inter Recentiores tulit Joannes-Baptista Boullemer de la Martiniere, è Coll. Sorbonæ-Blessæo.

Secundum inter Recentiores Ludovicus-Stephanus Guerain, è Coll. Graffinæo.

Proximè accesserunt Ludovicus Brostet, coll. Lexov. Lambertus Millard, coll. Rem. Petrus Marchant, coll. Graffin. Hieronymus-Alexander Loiseau, coll. Graffin. Carolus-Hugo-Josephus Dastorque, Colleg. Mazar. Sebastianus Morin, Colleg. Lexov.

Amplification françoise.

Primum Orationis Gallicè scriptæ præmium tulit Joannes-Baptista Boullemer de la Martiniere, è coll. Sorbonæ-Blessæo.

Secundum, Flora-Philippus de Bonvoust Daunay, coll. Graffin.

Proximè accesserunt Joannes-Baptista Mopinot, coll. Mazar. Ludovicus-Petrus-Eduardus Bosquillon, coll. Graffin. Carolus-Adrianus Ducaurroy, Colleg. Dorm. Bell. Gabriel-Christophorus Prud'homme de la Boussaye, coll. Sorb. Bless. Alexander-Hieronymus Loiseau,

Coll.

I.S.A. D.L.F. PARIS R.P. EXTRA

Coll. Grassin. Ludovicus Lacroix, coll. Sorb. Plessæi.

Notandum, in hac Scriptione unum dumtaxat fuisse præmiorum ordinem, nullâ Veteranorum mentione factâ; quia ut sint sua veteranis propria præmia, necesse est ut eorum primus secundum saltem occupet locum.

Primum Carminis Latiné scripti præmium tulit Joannes-baptista Boullemer de la Martiniere, é coll. Sorb. Plessæo. Vers.

Alterum, Paulus Leget, Veteranus, é coll. Dorm. Bellov.

Tertium, Jacobus Vilkinson, Veter. é coll. Grassinæo.

Secundum inter Recentiores, Ludovicus-Stephanus Guerain, é coll. Grassin.

Proximé accesserunt Nicolaus-Augustinus Decretot, coll. Dorm. Bellov. Joannes-baptista Nicolaus Mopinot, coll. mazarin. Jacobus-Antonius Encoignard, coll. harc. Ludovicus-Augustinus-Casimirus de Seytres de Caumont, colleg. mazar. Carolus-hugo-Josephus Dastorgue, coll. mazar. Alexander-hieronymus Loiseau, coll. Grassin.

Primum Orationis Græcæ Gallicé redditæ præmium tulit Carolus-Adrianus Dulaurroy, é colleg. Dorm. Bellovaco. Grec.

Secundum, Petrus Stafford, é coll. Sorb. Plessæo.

Proximé accesserunt, Ludovicus-Stephanus Guerain, coll. Grassin. Ludovicus-Petrus-Eduardus Bosquillon, coll. Grassinæi. Joannes-baptista-franciscus Lesparat, coll. Dorm. Bellov. Joannes-alexander Debezieux, coll. Grassin. Joannes-baptista-Nicolaus Mopinot, coll. mazar. Jacobus Vilkinson, coll. Grassinæi.

Notandum, in Scriptione Græcâ duo tantùm esse præmia et nullum in eâ dari discrimen inter Veteranos et Recentiores.

In Secundo Ordine

Primum Orationis Gallicæ in Latinam conversæ præmium tulit Antonius Thomas, é Collegio Sorbonæ-Plessæo. Theme

Secundum, Antonius-Remigius Mauduit, é coll. Dorm. Bellovaco.

Proximé accesserunt Michaël-Antonius de Paris, coll. mazar. Ludovicus-Maria-Josephus Chaput, coll. mazar. franciscus Cheruel de la Champagne, coll. harc. franciscus-Jacobus Ballin, coll. mazar. henricus hullot, coll. mazar. Carolus-franciscus Jacquin Dumarais coll. march.

Primum Carminis Latiné Scripti præmium tulit Antonius Thomas, é Coll. Sorbonæ-Plessæo. Vers.

Secundum, Joannes-baptista Thiboutot de Mongommery, é coll. Sorbonæ-Plessæo.

Proximé accesserunt franciscus-Jacobus Ballin, colleg. mazar. Antonius-franciscus Dulaurant, coll. Dorm. Bellov. Joannes-baptista-Carolus-Maria de Beauvais, coll. harc. franciscus Adam, coll. mazar. Paulus le Lorgne, coll. montis-acuti. franciscus-Guillelmus Warmont, colleg. mazar.

Grec. Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ præmium tulit Joannes-baptista-Carolus-Maria de Beauvais, é Coll. harcuriano.

Secundum, Joannes-baptista Guyot, é coll. harcuriano.

Proximé accesserunt hieronymus Brigeat, coll. Marchiani. francis=cus-Guillelmus Warmont, Colleg. mazar. Joannes Lanab, coll. Dorm. Bellov. Antonius Thomas, Colleg. Sorb. Pless. antonius-hieronymus Terrier, coll. Sorb. Pless. franciscus de Montholon, coll. marchiani.

In Tertio Ordine.

Theme Primum Orationis Gallicæ in Latinam conversæ præmium tulit franciscus Mauduit, é Collegio harcuriano.

Secundum, Thomas-Ludovicus-alexander de macmahon, colleg. harc.

Proximé accesserunt Petrus-Antonius LaRoche, coll. Lexov. Joannes-baptista-Petrus Ducournau, coll. harc. Joannes-antonius-hilarius Duny, coll. mazar. Antonius Guyot, coll. Sorbonæ-Pless.

Version Latine. Primum Orationis Latinæ in Gallicam conversæ præmium tulit Antonius Guyot, é coll. Sorbonæ-Plessæo.

Secundum, Carolus-alexander de Calonne, é coll. mazarinæo.

Proximé accesserunt Joannes-baptista-Petrus DuCournau, Coll. harcur. Benedictus-Abrahamus de Can, coll. Sorb. Pless. Petrus-felix Rossignol, coll. Sorb. Pless. Joannes-baptista Derasle, coll. Grassinæi.

Version Grecque. Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ præmium tulit Carolus-franciscus de Calonne, é Collegio mazarinæo.

Secundum, Antonius-franciscus Bombart, é Coll. Dorm. Bellovaco.

Proximé accesserunt Ludovicus-Antonius Brullard, Coll. Sorb. Pless. Petrus Jacquin, coll. Sorb. Pless. Joannes-baptista-Petrus DuCournau, Coll. harcur. Petrus-felix Rossignol, coll. Sorb. Pless.

Dici vix potest, quanto omnium plausu comprobata fuerit præmiorum illa distributio; quantis laudibus elata fuerit et supremi Senatûs Sapientia, qui legatum, sat inutiliter conceptum, in publicam utilitatem tam feliciter converterit, et Universitatis præclara in commune bonum voluntas, quæ rem operosam et difficilem tam ala=criter tamque splendidé executa sit. faxit Deus, ut felici initio fe=liciores in singulos annos profectus respondeant; et ad ipsius nominis gloriam, quidquid laboris hac in re ab Universitate susceptum est, inserviat ac referatur! /. Cochet, Rector.

26. aug. Anno dñi 1747, die vigesimâ-sextâ mensis augusti, ha=bita sunt in antecessum Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud amplissimum Rectorem, in Mazarinæo.

I.° Supplicârunt pro Literis Nominationis jure magisterii ar=tium et quinquennii MM. Nicolaus-Joannes Bachelé, presb. Rotoma=gæus; et Carolus-franciscus Belangez, presb. ambianensis. De his retulit M. Le Neveu, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Lite=

=ras

I S 4 D L F PARIS P. EXTRA

=ras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia de illo=
=rum Studiis, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita.
Mgro Bachelé nihil deesse; non nihil autem deesse Mgro Belangez,
quo legitimum quinquennium compleatur; junxisse nimirum duo Se=
=mestria Paschalia in Theologicis et ex iis annum integrum efficere voluisse,
quod Consuetudini Universitatis et Legum publicarum voluntati contra=
=rium est. Audito meritissimo Syndico, Placuit, annui Mgro Ba=
=chelé, Mgrum veró Belangez rejici, donec legitimum quinquennium
impleverit.

2.° Placuit, mandari typis eorum Scholasticorum nomina, qui in
nuperâ præmiorum distributione publicé appellati sunt, sive ut præmia
acciperent, sive quód ad ea proximé accesserint. Item, honoris causâ,
adiri Illustrissimum Senatûs Principem, Præsides infulatos, et Viros
Regios, iisque, nomine Universitatis, haberi gratias, quód præfatam
distributionem præsentiâ suâ cohonestaverint. Item, in illâ deinceps
solemni et Academicâ distributione singulis tùm Decanis, tùm Pro=
=curatoribus, unum adesse apparitorem, sed sine sportulâ.

3.° Exposuit meritissimus Syndicus, exeunte mense Julio proximé
præterito, Venerabilem Priorem Carthusianorum Parisiensium, Colle=
=gii Montani Superiorem, cum dicti Collegii Primario et Discretis
emisisse sententiam, quâ octo Bursarii Collegio expelluntur, alii
propter imperitiam et pigritiam, alii propter mores depravatos; et
dicto Primario edixisse, ut hanc sententiam intrá certum dierum nume=
=rum curaret executioni demandari. Quod cum facere cœpisset dictus
Primarius, statim reclamasse Bursarios, et, quacumque ratione potuerunt,
a præfato Priore contendisse, ut ea sententia revocaretur. Cum frustrà
contendissent, recurrisse ad amplissimum Rectorem, et Universitatis au=
=toritatem contrà illatam sibi, ut aiebant, injuriam invocasse. Cum
veró res urgeret, nec expectari possent hæc Comitia, amplissimum Recto=
=rem, ut Juvenibus Academicis, adhuc inauditis, sui defendendi daretur
locus, scripto præcepisse Primario, ut præfatam sententiam exequi su=
=persederet. Hoc beneficio sublevatos Bursarios parasse libellum
supplicem, Academico Tribunali offerendum, cujus formulam in manus
suas venisse. hanc á se cum suis animadversionibus remissam ad eos
fuisse, nec deinde revertisse. In hoc rerum statu, quid deceat, quid ex=
=pediat, haud facile statui posse. hinc obstandum, ne cui fiat inju=
=ria, ac præsertim Adolescentulis inopibus, consilio et præsidio destitutis:
illinc tuendam Superiorum autoritatem, quâ sublatâ, ruant necesse est
quamlibet sapientor institutæ familiæ. Videndum, quid Statuta,
quid Senatus-consulta, Carthusianorum Priori tribuant. Famæ et ho=
=nori Collegii Montani consulendum. Consulendum inprimis Universitatis
dignitati, ne (quod absit) vel tantulùm vitio favisse videatur. Has
ob causas existimare se, rem istam amicé et sine strepitu, quod a=
=iunt, esse pertractandam, præfatosque Bursarios, si quam iis opem
ferre visum fuerit, privatis et indirectis officiis, non juridicé, adjuvan=
=dos; se nihil aliud habere, quod in præsentiâ proponat ac requirat.
Audito meritiss. Syndico, Re ab ampliss. Rectore ad deliberandum
propositâ, Dictum est, Quod in hac re ab amplissimo Rectore

factum fuit, reeté ex ordine factum fuisse. Audiendos esse præfatos Bursarios, si, servatis servandis, querelas suas ad Academicum Tribunal per libellum supplicem detulerint. Hortandos tamen, ut quam efficacissimé poterunt, per se, vel per amicos, apud suos superiores agant, quò in gratiam, si fieri potest, restituantur.

4.° De variis rebus, quas Dñus de Lxmosan, unus é secundariis Academicæ Domûs Suburbanæ conductoribus, ad ædium, quas habitat, ornamentum aut usum commodiorum, dicitur postulare, Placuit, nihil aliud concadere, quam de quibus non ita pridem inter Universitatem et Dñum de Latinac scripto convenit.

5.° De Rubantinâ Domo, de quâ superioribus in Comitiis actum est, retulerunt Ornatissimi Picardiæ et Normaniæ Procuratores, Dñum Renard, Procuratorem Sequentrum, per libellum supplicem á Supremo Senatu petiisse ut statueret, utrùm, quæ superstant reficienda, ad priorem formam reficerentur, an ad aliam, quam describi, quamque mille et ducentis circiter libellis dicit constituram, Magrum Grillet, Collegii Rubantini Bremarium, sed ab omni illius administratione dudum amotum, per libellum quoque supplicem petere, ut ad hujus rei procurationem prater cæteros admittatur. Placuit, iis mandari, ut curent, ad ea, quæ superstant reficienda, optimam et utilissimam eligi formam; postulentque, præfatum Grillet á petitione suâ submoveri.

6.° Placuit, Sacras Universitatis Supplicationes ad diem 6. Octobris constitui.

7.° Digressis Decanis, Coram Amplissimo Rectore Ornatissimisque Procuratoribus Supplicûm Antonius-Maturinus Wourstbourn, Subd. Wourstbourn. Parisinus, ut ne sibi noceat, quòd in utroque Logicorum Catalogo non suum gentilitium scripserit Wourstbourne, non Wourstbourn; Et Josephus ô Brian, Parisinus, ut ne sibi noceat, quòd, omisso gentilitio ô Brien. suo nomine ô Brien, de in catalogis designaverit adventitio tantùm cognomento de Bassecour; censeaturque ubique sic inscriptus, Josephus ô Brien, sine ullo additamento.

Audito de utroque supplice meritiss. Syndico, re ab ampliss. Rectore in deliberationem missâ, Ornat. Normaniæ Procurator abstinuit á ferendâ sententiâ. Cæteri, sub beneplacito præclaræ artium facultatis, censuerunt, præfatis supplicibus esse annuendum.

Et ita super his septem Capitibus, audito primùm super singulis M. le Neveu, Syndico, concluxit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector.

28. Septemb. Anno Dñi 1747, die vigesimâ-octavâ Septembris, amplissimus Rector, cum Decanis, Procuratoribus, adjunctis, Officiariis majoribus et Apparitoribus, Versalias petiit, Regique de felici ipsius reditu ac de recenti Bergharum ad Lomam expugnatione gratulatus est./.

J. Briat Scriba

6. Octob. Anno Dñi 1747, die Sextâ Octobris habita sunt Comitia Centuriata Universitatis in Maturinensi, ad Sacras Supplicationes.

Primùm in Angulo Consessum est, ubi Supplicûm pro

Literis

Literis Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Claudius Gadan, presb. Eduensis; Franciscus-Paulus Lehorat, presb. Tullensis; Joannes Grandin, diac. Carnutensis; Jacobus-Gregorius Delhomal, subd. Ambianensis; Andreas-Carolus magnus Amplement, acol. Ambianensis; Joannes-Hieronymus Loys, diac. Monspessulanus; Antonius-Maturinus Wourstthourn, subd. Parisinus; Joannes-Baptista Courtin, Lugdunensis, presb. Strictæ Observantiæ Cluniacensis expressè Professus; Joannes-Baptista Courtin de Neufbourg, Lugdunensis, presb. Strictæ Observantiæ Cluniacensis expressè Professus; Joannes-Baptista Collet, acol. Matisconensis; Joannes-Baptista Pellegrin, acol. Parisinus; Joannes-Franciscus Callot, acol. Noviomensis; Petrus-Carolus-Franciscus Borquet, clericus Bajocensis. De his retulit M. Letellier, Syndicus, ac dixit, Se vidisse tùm eorum Literas Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit, Sua gratiosis Supplicibus postulata concedi.

Ibidem Academiæ fidem dederunt tres novi Librarii, ab uno ex adjunctis præsentati, scilicet Dionysius-Joannes Aumont; Nicolaus Tilliard. Tertius nescio quis, qui neque nomen, neque instrumenta protulit, neque jura Academica persolvit. Aumont. Tilliard. Libr.

Itum est deinde in Comitium, ubi post habitam ab amplissimo Rectore orationem, Omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ gessit in trimestri suo Magistratu, eique Literas commendatitias decreverunt, et amplissimum præbuere Comitatum ritè procedenti ad eadem Deo Sacram sub invocatione S. Germani Altissiodorensis. Post solemne Sacrum, hymnus eucharisticus Te Deum multo vocum et instrumentorum Symphoniacorum concentu decantatus est, ob feliciter expugnatam à nostris exercitibus urbem Validissimam Bergizomam, in Flandriâ Batavicâ. Pontificem egit M. Derosnay, Doctor Theol. Ecclesiæ S. Germani Pastor. Concionem Sacram ad populum habuit M. Gravel, Doctor etiam Theol. eucharisticam verò ad Pontificem M. Collet, Grammaticæ Professor in Dormano-Bellovaco. Inde omnes eâdem frequentiâ, quâ venerant, vedacentem amplissimum Rectorem prosecuti sunt. /. Cochet, Rector.

Anno Dñi 1747, die Septimâ Octobris, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud ampl. Rectorem, in Mazarineo. 7. Octob.

1° Supplicarum pro Literis Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Franciscus Braquehais, presb. Rotomagensis; Basilius-Anna-Octavius Garlemem de Fontaine, acol. Senonensis; Amandus Raydellet, acol. Genevensis; et Bonitus Levadoux, diac. Clavomontensis. De his retulit M. Letellier, Syndicus, ac dixit, Se vidisse tùm eorum Literas Magisterii, tùm Professorum, quos audiverunt testimonia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, præterquam in Literis Clericalis Tonsuræ præfati Garlemem de Fontaine, in quibus omissum est illud

cognomentum de fontaine. Audito merititiss. Syndico, Placuit, sua praefatis Supplicibus postulata concedi, aâ conditione dicto Garsemon appositâ, ut curet cognomentum de fontaine cum nominibus suis adjici in Literis Tonsura, aut detrahi in actis Academicis.

2° De duobus Seminariis Petrocoriensibus, quibus dicitur singulare hoc postulari privilegium, ut Studiorum Cursus in domesticis eorum Scholis peracti valeant ad consequendos Gradus Academicos in Universitate Burdegalensi (Vide ad diem 5. aug. art. 5.) dixit meritissimus Syndicus, Consultos á se fuisse Patronos et Jurium peritos, itemque de Seminariis Lugdunensi, Vivariensi, ac Bodiensi, quibus idem privilegium ante aliquot annos concessum esse dicitur in Universitate Valentinensi. a Viris illis doctis et prudentibus verisimum esse, Universitatis Parisiensis, quae caeterarum Universitatum princeps est, maximé interesse, ut advertis ejusmodi privilegia, quae Universitatum naturam, non sine gravi bonarum artium ac Disciplinarum periculo pervertunt, quam citissimé fieri potest, reclamitat; qualumque legitimâ ratione intercedat, ne concedantur; si quae autem jam concessa sunt, Supplicitur á Rege postulet, ut referantur, tamquam ipsius Subrepta Religioni. Auditâ per meritissimum Syndicum Patronorum ac peritorum Sententiâ, Omnes Comitiorum eam esse amplectendam.

3° De Scholasticis Montanis, qui á Collegii sui Superiorum Sententiâ ad amplissimum Rectorem provocarunt, Placuit, toto hoc mense Supersedari, ut rebus, si fieri potest, conciliandis Spatium detur; Sin minùs in Comitiis ordinariis, mense Novembri habendis, audiendos esse Conquerentes, et de illorum querelis Statuendum.

4° Placuit, ex aerario Academico tres nummos aureos dari Archiphonasco Ecclesiae S. Germani Altissiodorensis, ad reparandos sumptus ab ipso in hesternis Universitatis Supplicationibus factos. Item duos nummos aureos Custori Academico, cui nomen Le Page, in mercedem operae ab illo Universitati praestitae.

5° Dixit Ornatissimus Picardicae Nationis Procurator, Ex duobus Quaestoribus, quos die 15. febr. ann. 1742 praefata Natio elegerat, quique die 20 ejusdem mensis et anni fuerant a Tribunali Academico probati et admissi, alterum, Sibilicet magistrum Quervelle, mense maji praeterito abdicasse, et ei suffectum magnum Petit, ac fuisse Academico Tribunali praesentatum die 6. praefati mensis maji. Alterum, Sibilicet M. Ludovicum Riquet, nunc illud pariter abdicasse nuper. huic suffectum fuisse á fidelissimo Ordine Magnum Magniez. Se nomina praefata Nationis postulare, ut ea electio ab Academico Tribunali comprobetur. Audito M. Letaveu, Syndico, Placuit approbari et accipi praefatum magnum Magniez, qui cum M. Ludovico Petit, altero Quaestore, fructus omnes ad reditus Picardicae Nationis, sive Statos et ordinarios, sive fortuitos et extra-

ordina-

I.S.4 D.L.R. PARIS EXTRA

=ordinarios, percipiat, servatis cautionibus et conditionibus omnibus et singulis, in Conclusione Universitatis die 12 maji 1738 factâ contentis, á fidelissimâ Natione die 19 ejusdem mensis acceptis, Senatusconsulto die 23 mensis ejusdem confirmatis, ac demùm in Pactione Universitatem inter et prædictam Nationem die 7.ª Julii subsequentis apud publicos actuarios initâ consignatis, ac nominatim eâ conditione, ut præfata Picardorum Natio in supremi Senatûs Tabulas referri curet tam suam de electione prædicti Mgri Magniez, quam hanc præsentem Universitatis Conclusionem.

6° Exposuit idem Picardicæ Nationis Procurator, certam quamdam partem, non exiguam, Picardicæ Domûs, in vico stramineo sitæ, non esse locatu facilem, quia plurimi desunt Camini: item in Stillicidiis atque etiam in puteo nonnulla esse reficienda. Scire fidelissimum Ordinem, se ex Senatusconsulto anni 1738 non posse quidquam suscipere, quod supra quadraginta libellas impendi postulet, inconsultâ Universitate: Ideoque, a Tribunali Academico petere, quid facto sit opus. Placuit, mandari Dno Richard, Universitatis Architecto, ut res á fidelissimâ Natione propositas inspiciat, et quod ipsi visum fuerit esse necessarium, liceat præfatæ Nationi curare, ut quamprimùm fiat.

7.° De causâ viri honesti Bernardini Piron, Nuntii Universitatis Jurati, adversùs Ordines provinciæ Aremoricæ, cui causæ Universitas accessit, Placuit, meritissimo Syndico mandari, ut curet quamprimùm administrari a D. Clement, in regiis Consiliis advocato, libellum memorialem, typis mandandum sumptibus præfati Piron.

8.° Digressis Decanis, Coràm amplissimo Rectore et Ornatissimis Procuratoribus supplicavit Nobilis Adolescens franciscus Lalo de-vese, clericus Valentinensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen gentilitium Lalo omiserit in priore Logicorum Catalogo. Ille supplex cum esset ore maximè balbo et impeditiore linguâ, ab amplissimo Rectore petierat et impetrârat licentiam supplicandi in his privatis Comitiis, non in publicis et generalibus præclaræ Artium facultatis, quæ die 10.ª hujus mensis habenda sunt. Audito M. Leneveu, Syndico, Ornatissimus Normanicæ Nationis Procurator abstinuit á ferendâ sententiâ. Tres alii Procuratores, cum manifestò viderent, præfatum supplicem præ oris vitio, quod ex ipso majoris multitudinis conspectu augendum esset, ægrè admodùm in Congregatione generali verba facturum, censuerunt, eum his in Comitiis audiendum, ejusque supplicationi, sub beneplacito præclaræ Artium facultatis, annuendum. Lalo devese.

Et ita super his octo capitibus, audito priùs super singulis M. Leneveu, Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Cochet, Rector.

Anno dni 1747, die decimâ Octobris, habita sunt Comitia generalia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi. 10. Octob.

Postquam peroravit amplissimus Rector fecitque suppli=

=candi

Fontaine de Biré.

=candi potestatem, Supplicarum Maria-Sebastianus-franciscus-Regis fontaine de Biré, clericus Andegavensis, ut ne sibi noceat, quod noma suum non inscripserit in priore Physicorum Catalogo, gravi scilicet morbo tunc impeditus, quod testatur M. Bathin, Doctor medicus Parisiensis;

Soueku de Rennefort.

Benedictus Souchu de Rennefort, clericus Parisinus, ut deleatur cognomentum de fourchalle, quod malè sumpsit in priore Logicorum Catalogo, et nomini Rennefort praeponatur particula, de;

Jacquetin.

Claudius Jacquetin, Acol. Sanfloriensis, ut ne sibi noceat, quòd in priore Logicorum Catalogo Scripsit se Sanfloranum, non, Sanfloriensem;

Pompanon.

Claudius Pompanon, Aeduensis, presbyter Strictae Observantiae Ordinis Cluniacensis, ut ne sibi noceat, quòd in priore Logicorum catalogo diaecesim suam designare omiserit;

Potignon.

franciscus Potignon, Aeduensis, presb. Strictae Observantiae Ordinis Cluniacensis, ut ne sibi noceat, quòd suam pariter diaecesim in Catalogis omiserit;

Gregaine de Chateauvert.

franciscus-Maria Gregaine de Chateauvert, Aeduensis, presb. Strictae Observantiae Ord. Cluniacensis, ut ne sibi noceat, quod suam pariter diaecesim in Catalogis non designaverit;

Milliet.

Carolus Milliet, Lugdunensis, presb. Strictae Observantiae Ord. Cluniac., ut ne sibi noceat, quòd suam pariter diaecesim in Catalogis omiserit;

Maufoult.

Joannes-baptista Maufoult, clericus Aeduensis, in artibus magister, ut nomen suum gentilitium Scriptum consuatur Maufoult, non, Maufour, tùm in Literis magisterii, tùm in Catalogis aliisque actis quibuscumque Academicis;

Chevretel

Carolus-hubertus Chevretal, clericus Maclovaeus, ut sibi hîc pro uno anno imputetur biennium philosophicum, quod Cadomi in Collegio Sylvano confecit, scilicet a Dionysiacalibus anni 1744 ad ferias Academicas anni 1746, ut constat ex Literis patentibus Universitatis Cadomensis, quas exhibuit et tradidit;

De Talaru.

franciscus-Angelus de Talaru, clericus Claromontensis, ut ne sibi noceat, quòd in Catalogis Scripserit se Claromontanum, et invertarit praenominum Ordinem;

Courtin.

Joannes-baptista Courtin, Lugdunensis, presb. Strictae Observantiae Ord. Cluniac. ut è nominibus suis detrahatur cognomentum de Neufbourg, in omnibus Catalogis.

Audito m. Leneveu, Syndico, Nationes ab amplissimo Rectore dimissa ad deliberandum confirmandosque Quatuorviros, retulerunt, se rata et grata habere, quae gesta in suo trimestri magistratu, literasque ipsi commendatitias decernere; indulgere omnibus supplicibus; confirmare Quatuorviros, matutinis Comitiis electos, nimirum in honorandâ Nationem. Rojou, Bacc. Theologum; in fidelissimâ Mgrum Dair, exprocuratorem; in Venerandâ Mgrum Guenée, Bacc. Theologum; in constantissimâ M. Yarin, Virum Procuratorium. Et ita concluserunt ampl. Rector.

Quatuorviri, praestito inter amplissimi Rectoris sacramento, conclave ingressi sunt, unde egressi retulerunt per Mgrum Rojou, se fasces Rectorios amplissimo Viro D. Joanni Cochet, Rectori, prorogasse. Quae prorogatio ab omnibus Statim Nationibus confirmata est.

Et ita concluserunt amplissimus Rector.

Cochet, Rector.

27. Octob.

Anno dñi 1747, die vigesimâ-septimâ Octobris, habita sunt Comitia generalia praelaris artium facultatis in Matutinensi.

Destang.

Factâ ab amplissimo Rectore supplicandi potestate, supplicavit Ludovicus-Bertrandus Destang, clericus Sanfloriensis, ut è nominibus

=minibus suis detrahatur nomen Josephus, adjiciatur autem nomen, Bertrandus, post nomen, Ludovicus; et pro Sanflorano dicatur Sanflo=riensis, ita ut in omnibus Catalogis censeatur sic inscriptus, Ludovi=cus-Bertrandus Destang, clericus Sanfloriensis.

Audito M. Le Neveu, Syndico, Nationes ab amplissimo Rectore dimissæ ad deliberandum tùm de Supplice, tùm de Censoribus creandis, ac deinde regressæ retulerunt, se indulgere supplici. Creatos autem a se Censores, scilicet, in honorandâ Natione Mgrum Augier, Bac. Theologum; in fidelissimâ Mgrum Dair, exprocuratorem; in Vene=randâ, Mgrum Tabarie, Rhetoricæ Professorem in Lexoveo; in Constantissimâ, Mgrum Poinsart, Decanum. Et ita conclusit amplis=simus Rector.

Tum prodierunt in medium MM. Michaut et Chollet, ambo ex Nationis Gallicanæ Magistris, et dixerunt, se intercedere nominationi præfati Mgri Augier, propter jura sua respectivè læsa, ut aiebant, atque adeò à Conclusione honorandæ Nationis, modò factâ, uterque appellavit.

Item è fidelissimâ Natione prodiit M. Sellier, unus è dictæ Nationis Magistris, in ordine Magistrorum in artibus non-Regentium, ac dixit, se nomine dictorum in Artibus Magistrorum intercedere nomina=tioni præfati Mgri Dair, ob eorum jus, ut aiebat, læsum; et pariter à Conclusione suæ Nationis tam suo, quam collegarum suorum nomine provocavit.

Auditus est M. Le Neveu, Syndicus, qui dixit, Controversias illas non posse his in Comitiis dirimi, sed in Tribunali Rectorio præclaræ Artium facultatis.

Tùm amplissimus Rector, dato Partibus respectivè intercessionum et appellationum suarum actu, et salvo cujusque jure, novos Censores voca=vit ad Sacramentum; quod quidem ab omnibus coràm præclarâ Artium facultate illicò præstitum est. Et sic soluta sunt Comitia. /.

Anno dni 1747, die quartâ Novembris, habita sunt Co=mitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rec=torem in Mazarinæo. Quibus in Comitiis primùm interfuerunt M. Franciscus Delorme, novus Sacræ facultatis Syndicus, Decani vices in Academico Tribunali gerens, et M. Petrus Fromentin, novus Galli=canæ Nationis Procurator. Absente autem morbi causâ M. Le Neveu Syndico, Syndici partes egit M. Ludovicus-Nicolaus Durand, Acade=miæ Quæstor, de mandato ampliss. Rectoris et Consessûs Academici. 4. Novemb.

I°. Supplicârunt pro Literis Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Antonius Beaussart, clericus Ambianensis; Claudius Rougane, Subd. Claromontensis; Ludovicus-hieronymus Tonnellier, Acol. Senonensis; Joannes-baptista Deshayes, diac. Rotomagensis; Claudius-Antonius Barthelot Dozenay, diac. Matisconæus; Joannes-baptista Mau=foult, clericus Æduensis; Renatus-Maria du Coüedic, presb. Corisopitensis; Joannes-Martinus Deprades, Acol. Montalbanensis. De his retulit M. Durand, ac dixit, visas partim à se, partim ab ipso merit. Syndico, eorum Literas Magisterii; visa pariter Professorum, quos audierunt, testimo=

†† Vide caput Septimum Conclusionis die quintâ Februarii anno 1752 latæ Quervelle V. S. /.

=nia, quibus constat, quinquennium Academicum fuisse ab iis rité confectum, simulque cætera instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Prosyndico, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant die 7ª octobris acta et statuta.

3°. Quòd dictum est, Rationes Dni Renard, Procuratoris Sequestri rerum Collegii Rubantini, in manibus esse Dni Barly, Universitatis forensibus in rebus Procuratoris, Placuit, cum eo per ornatissimos Picardiæ et Normaniæ Procuratores agi, ut dictas Rationes cum Universitate communicet, eamque in rem haberi quamprimùm extrà ordinem Comitia Tribunalia Academici, et ad ea vocari Magrum Bronet, Normaniæ Exprocuratorem.

4°. Quòd dictum est, Pulvinos Rectoriæ, et ex Capetibus minorem Vestitatis et Situs esse corruptos, Placuit, novos comparari.

5°. Quòd dictum est, Inscriptionem Academicæ Domûs, in Suburbio Sangermanensi Sitæ, telâ cerâtâ ab eorum aliquo, qui in dictâ domo habitant, obvelatam esse; Placuit, cum primario Conductore agi, ut eam telam amoveri jubeat; quod si renuerit, aut negaverit, Vias ineundas esse Juris, quò sua præfatæ Domui inscriptio restituatur.

6°. Comparuerunt Primarius et Discreti Collegii Montani Mm. Germain, Caffarel et Moreau, in jus vocati a tribus dicti Collegii Burtariis Adrien, Oursel et Biard.

Ac primò quidem M. Caffarel dixit, se Discreti Officium à die 24 mensis Septembris, ultimò præteriti, abdicasse. Nolle jam partem habere ullam in eo negotio, quod Collegii Montani Consilio, sive Discretorio, ut vocant, a quibusdam dicti Collegii Burtariis facessitur, occasione sententiæ a Venerabili Carthusianorum Parisiensium Priore die 29 Julii, proximè elapsi, latæ; actumque suæ declarationis postulavit. Jamque è Comitiis discedere parabat; sed Placuit, ita postulantibus Burtariis ex adverso stantibus, eum rogari, ut remaneret; quod factum promisit, salvâ tamen et incolumi priore suâ declaratione, quam instauravit.

Tum interrogati sunt ab Amplissimo Rectore præfati Mm. Germain, Caffarel et Moreau; eorumque responsiones in chartâ separatâ fuerunt exceptæ et ab iis subsignatæ. Harum autem responsionum summa hæc fuit, cum præfatæ Prioris sententiæ subscripsissent, quibus specialim de causis eam tulisset, se ignorasse.

Comparuerunt ex adverso præfati tres Burtarii Adrien, Oursel, et Biard, et per prædictum Adrien graviter conquesti sunt de sententiâ adversùs se latâ die 29. Julii, ultimò præteriti.

In oratione suâ expostulatoriâ, prolixiore sanè quam ut memoriâ teneri potuerit, nihil aliud Academico Scribæ tradiderunt, præter conclusionem, cujus hic est tenor, « Qu'il soit ordonné, « que l'acte qui les diffame soit rayé et biffé; et en cas que le « Prieur refuse de se soumettre à la sentence du Tribunal, ledit « acte soit regardé comme nul et non avenu. Autoriser le Sr Prin= « cipal a garder les Sieurs Oursel et Biard, nonobstant reclamation « de la part du Prieur. Qu'il soit pareillement autorisé a donner « aux Srs Oursel et Biard, et encor au Sr Adrien, bonne et valable « attestation de vie et de mœurs. Qu'en egard au retardement d'un « an, que le Prieur des Chartreux a causé au dit Adrien pour entrer « au Seminaire, il soit permis audit Adrien de reclamer une place « audit College, ou lui assigner une somme suffisante pour payer

Sa

cc Sa pension dans un Seminaire pendant un an sur la Partie adverse.

Digressi Primario, Discretis et Bursariis, audito m. Durand, Syndici vices gerente, Re ad deliberandum ab amplissimo Rectore pro= =posita, placuit, eam ad alia Comitia remitti, ut de eâ maturiùs Sta= =tuatur.

Et ita super his sex capitibus, audito priùs super singulis M. Durand, Prosyndico, concluxit amplissimus Rector. /.

Cochet, Rector.

Anno dñi 1747. die mercurii octavâ Novembris, horâ post meridiem secundâ, habita fuit in Maturinensi Comitia Tribu= =nalis Rectorii, præclarâ Artium facultatis propriis, ad dijudicandas controversias, in Gallicanâ, et Picardicâ natione nuper exortas de munere Censorio. 8 Novemb.

Scribendo affuerunt ipse amplissimus Rector et ornatissimi Na= =tionum Procuratores, assistentibus Syndico et Scribâ Universitatis, vo= =catis in Consilium antiquioribus nationum, ex unâ quaque binis.

1° Primum appellata est causa Gallicana; et statim comparuerunt= hinc MM. Felix-Emmanuel Michaux et Ludovicus-Carolus Chollet, ambo Baccalaurei Theologi ex natione Gallicanâ, actores ambo: inde M. Petrus Augier, Baccalaureus quoque Theologus, nuper Nationis Gallicanæ renun= =tiatus Censor, et eâ de re à præfatis actoribus in jus vocatus.

Ac primò quidem Expotuit magister Michaux, cum hoc anno re= =currerent Baccalaureorum vices ad obtinendam in natione Gallicanâ Censu= =ram, se die 27. Octob., supplicatione pro more apud dictam Nationem factâ, munus Censorium postulasse, jure antiquitatis. Si tamen repulsam pas= =sum fuisse, eo quòd, ut dicebatur, intrà fines Academicos non habitaret, pro ut Statuta Nationis Gallicanæ requirunt. Scire se, ex statutis illis Quinquiè munera dictæ Nationis ambiri, debere intrà fines academicos habitare; Sed contendere, paræciam S. Landerici, ubi natus educatusque sit, ubi perpetuò habitarit, debere inter fines Academicos recenseri. Quî enim fieri posse, ut ea hujusce urbis pars, quæ Civitas dicitur, ubi fuerint prima Univer= =sitatis Parisiensis incunabula, ubi quotidie fiant actus Academici, ubi ipsi Artium Candidati Magistrorum nomen et autoritatem acquirant, è fi= =nibus Academicis resecetur? Postulare itaque, ut, infirmatâ honorandæ Nationis Conclusione die 27. Oct. factâ, M. Petrus Augier in eo statu regiona= =tur, in quo erat antè præfatam Conclusionem; sibi verò, Baccalaureorum Hon. Nationis, qui Censores non fuerunt, antiquiori, munus Censorium dictæ Nationis, à se die 27. Oct. apud dictam Nationem ritè postulatum, adju= =dicetur; atque adeò ad sacramentum, quod solent præstare Censores, his in Comitiis admittatur.

Deinde verba fecit M. Chollet, ac dixit, si jus competat magro Mi= =chaux, se ultrò cedere, quoniam ab illo antiquitate vincatur. Si non com= =petat, postulare se ut Censorium Officium ad se devolvatur, quoniam cæteris Baccalaureis subsequentibus antiquior sit. Eâdem hac postulandi formulâ usum se fuisse die 27. Oct., cum pro munere Censorio apud hon. Nationem supplicavit. Tamen præterito magro Michaux, se quoque à dictâ natione præteritum, propterea quòd extrà Universitatem habitare dicerentur. Quo quid injustius! Sibi enim ab ineunte mensa Aprili, pro= =ximè

=ximé elapso, domicilium esse in Collegio Æduensi, ut constat ex testimonio Provisoris dicti Collegii. Ac ne quis suspicetur, domicilium illud esse fictitium, se ultrò ad duos fermé annos cessisse eo domicilio, quod hactenùs habuerit propé Ecclesiam parochialem S. Mederici, ut patet ex instrumento Cessionis, inter se et civem quemdam Parisiensem transacto, sub simplici, quod aiunt, Chirographo. His et similibus in sui juris defensionem dictis, postulavit, ut, si videatur jus non competere Mgro Michaux, Baccalaureorum antiquiori, sibi, qui proximé sequatur, adjudicetur Censura, depulso, ut par est, Mgro Augier; et ad Sacramentum his in Comitiis admittatur.

Surrexit M. Augier ac dixit, se die 27. Oct. tertio loco supplicuisse Censuramque eâ adhibitâ cautione postulasse, si quæ capacitates legales, ut vocant, deesse viderentur præfatis Michaux et Chollet, quos in ordine Baccalaureorum se antiquiores esse non neget. Ex hon. Nationis deliberatione et Conclusione patuisse, quid illa de prædictorum Magistrorum postulatione sentiret; utroque enim præterito, Censuram sibi fuisse delatam. Quam recté autem illa judicaverit, in promptu esse. Diserté enim præscriptum esse in illius Statutis, ut, qui munera Academica apud eam ambiunt, aut exercent, in Universitate habitare anté sex menses teneantur. Porrò neutrum in Universitate habitare. Enimverò Lutetiam Parisiorum in tres Partes principes esse divisam, quarum antiquior dicitur Civitas, altera Urbs, tertia Universitas. Magistrum Michaux ultrò fateri, se semper habitasse et etiamnum habitare in Civitate. Ergo nullatenùs posse contendere, se habitare in Universitate, quæ et nomine et re manifestis certissimisque limitibus à Civitate discreta sit. Mgrum verò Chollet, qui à pluribus annis in eâ parte, quæ Urbs appellatur, habitet, nimirùm propé Ecclesiam parochialem S. Mederici, cui plurimis titulis addictus est, contendere tamen, se ab initio mensis aprilis proximé elapsi in Universitate habitare, quia conductum à se dicit cubiculum in Collegio Æduensi, cujus in fidem profert testimonium Provisoris dicti Collegii, quemadmodum ex instrumento nescio quo probare nititur, se domicilio, quod hactenùs propé Ecclesiam S. Mederici habuit, a dicto mense aprili veré cessisse. Quasi verò ejusmodi argumenta notitiâ publicâ non revincantur. Interrogetur enim quivis ex inquilinis Collegii Æduensis (quod tamen perexiguum est) an magister Chollet in Collegio habitet; ingenué responsurum, se de illo ne audisse quidem. In hunc sensum his ipsis diebus respondisse Mgrum De la Riviere, Virum Academicum, in utroque Jure Licentiatum, probitate ac religione notum, dicti Collegii a plurimis annis inquilinum; atque id etiam scripto declarasse. Contrà verò si interrogentur, verbi gratiâ, Ecclesiæ S. Mederici Bidelli, aut alii ejusmodi homines, quibus ex ipsâ ministerii sui conditione apprimé cognita sunt sacerdotum et Clericorum dictæ Ecclesiæ deservientium et nomina et domicilia, si interrogentur, inquam, ubi habitet mgr Chollet, continuò respondere, prope Ecclesiam, atque etiam locum ostentare. Quod quidem contigisse Mgro Lieutaud, Viro Academico, Nationis Gallicanæ Excensori, die 26. Octob. proximé elapsi, ut ipse scripto testetur. Ex his patere, Mgrum Chollet propé Ecclesiam parochialem S. Mederici veré habitare: Quod autem domicilium habere se dicit in Collegio Æduensi, meré fictitium esse. Nam verum domicilium, quale hon. Nationis Statuta designant, esse locum, in quo quis sedem posuit laremque et summam rerum suarum, leg. 7. Cod. de Incolis; sedem certam ac stabilem, ubi quis non commoretur tantùm, sed veré habitet, ut ipsa Statuta

loquuntur

loquantur. Sic hon. Nationem, sic ipsum Rectorium Tribunal judicasse non semel, nominatim verò die 9 novemb. 1745 advertis eumdem Mgrum Chollet, idem tùm Censorium munus petentem, et domicilium, quale nunc in fraudem legis obtendi, tunc temporis obtendentem. Itaque, se postulare, ut, submotis ab intercessione et provocatione suâ Mgris Michaux et Chollet, Conclusio hon. Nationis die 27. Octob. proximè elapsi facta confirmetur, et consequenter munus Censorium sibi sartum tectumque servetur.

Postquam Partes ultrò citròque auditæ sunt, M. Nicolaus Biat, unus è Gallicanæ Nationis Magistris, petitâ priùs ab amplissimo Rectore licentiâ, legit libellum memorialem de finibus Universitatis, gallicè scriptum, ad præsentis quæstionis elucidationem; qui libellus ad calcem Actorum hujus diei referetur.

Cùm auditus est M. Le Nevau, Universitatis Syndicus et Procurator generalis, qui, retractatis Partium momentis, dixit, nihil esse dubii, quin ea Lutetiæ pars, quæ Civitas appellatur, ab aliâ illâ parte, quæ dicitur Universitas, distincta prorsùs et diserta sit; atque adeo magistrum Michaux, qui in parœciâ S. Landerici habitare se fateatur, nullatenùs censeri posse in Universitate habitare. De Mgro Chollet paulò plus esse difficultatis; nam obtendere quoddam domicilii genus in Collegio Aduensi. Sed, cum ex publicâ notitiâ compertum sit, illum propè Ecclesiam S. Mederici semper habitare, domicilium illud in Aduensi Collegio non pro domicilio, sed pro vanâ domicilii imagine, in fraudem Legis excogitatâ, esse habendum. Velle enim Statuta hon. Nationis, non qualecumque domicilium, ubi quis identidem conspiciatur et commoretur, sed certam stabilemque sedem, ubi verè ac seriò habitet, ut omnibus Academicis, sive Magistris, sive Scholaribus, pro officii sui ratione exercendis audiendisque semper sit paratus. Hanc ob causam, quum duobus abhinc annis idem Mgr Chollet in Censuræ petitione repulsam à suâ Natione passus esset, judicium dictæ Nationis ab hoc ipso Tribunali fuisse confirmatum. Itaque, videri sibi præfatos Mm. Michaux et Chollet ab intercessionibus et appellationibus suis esse removendos. Confirmandam Conclusionem Gallicanæ Nationis die 27. Octob. proximè elapsi factam, et consequenter præfatum M. Petrum Augiar in Censuræ possessione esse retinendum atque conservandum.

Vide ad diem 9. Nov. 1745, fol. 42 verso.

Auditis Partibus, visis actis et instrumentis omnibus ab iis respectivè prolatis, visis pariter Nationis Gallicanæ Statutis, audito M. Le Nevau, Syndico et Procuratore generali, consultis antiquioribus Nationum magistris, Re ab amplissimo Rectore in deliberationem apud Ornatissimos Procuratores missâ, censuerunt, Magistros Michaux et Chollet ab actione suâ esse depellendos; confirmandam Conclusionem Gallicanæ Nationis die 27. Octob. proximè præteriti factam; et consequenter M. Petrum Augiar in Censuræ possessione et exercitio esse retinendum; salvâ, nec obstante quâlibet appellatione aut intercessione. Et ita concluxit amplissimus Rector.

2.° Auditâ et dijudicatâ Nationis Gallicanæ causâ, vocatæ sunt Partes in Picardicâ Natione de Censurâ contendentes.

Comparuerunt ex unâ parte Mm. Petrus Sellier et Thiebault, in Picardicâ Natione Artium Magistri non-Regentes, Actores. Ex alterâ verò Magister Dair, Picardicæ Nationis Censor, et Grammaticæ

Professor in mazarinæo, in jus cum aliis Magistris-Regentibus á præfatis Magistris non-Regentibus vocatus.

Aiebat præfatus M. Sellier, qui suam Suorumque Sociorum causam agendam suscepit, die 27. octob. proximé elapsi, cum Magistrorum non-Regentium ad petendam gerendamque Censuram vices recurrerent, quumque ex Magistris non-Regentibus tres tantùm, ex Magistris verò Regentibus quinque in Comitiis adessent, Censuram suffragio Magistrorum-Regentium Magistro Dair, Grammaticæ Professori in Mazarinæo, fuisse delatam. Continuò reclamasse Magistros-non Regentes, atque etiam unum ex ipsis, Mgrum Mercier, Collegii Cameracensis Primarium, ad Censuram præsentasse. Nihilo tamen minus Magistros-Regentes in incepto suo perstitisse; quumque numero vincerent, Nationis nomen Conclusioni suæ dedisse. Huic qualicumque Conclusioni Magistros non-Regentes extemplò intercessisse, et ab eâ, cum in Comitiis generalibus præelaræ Artium facultatis referretur, provocasse. An recte provocârim, nunc judicandum. Ex Statutis Picardicæ Nationis, debuisse hoc anno Censorem ex Magistrorum non-Regentium ordine deligi; sic enim haberi capite 3.° art. 6. Magistratus omnes annui sunto. Nemini prorogantor. Alternis vicibus Regentes, ut vocant, et non-Regentes capiunto. Non potuisse Mgro LeBel, Professori, Censorio Magistratu abeunti, Successorem dari Mgrum Dair, itidem Professorem. Huic legi Magistros-Regentes legem aliam opponere, inter Nationis Statuta itidem relatam, cap. 4. art. 1. et cap. 5. art. 1. quâ volum, Magistros in artibus non-Regentes, si non sint aut in Theologiâ, aut in Medicinâ Baccalaurei, á Procuratorio et Censorio munere excludi. Sed esto: Magistri in artibus non-Regentes, si Baccalaurei non sint, á Procuratorio et Censorio munere per istam legem arceantur; at eos per aliam illam legem, supra memoratam, quæ est cap. 3. art. 6. ad quoscumque Magistratus vocari. Hoc autem effatum esse commune et inter Juris Placita receptum, ut, quotiescumque duæ leges de eâdem re inter se pugnant, priori deroget posterior. Porrò legem, quæ dicitur artium Magistros simplices excludere, anno 1524 esse conditam; quæ verò illos admittit, anno 1668. Non nunc primùm priorem illam legem anni 1524 perperàm adhiberi, ut Artium Magistri non-Regentes eo jure gaudentur, quod habent á lege anni 1668. Sed hactenùs adhibitam fuisse á Baccalaureis non-Regentibus, non á Professoribus, quorum nihil interest utrum Baccalaureus, an simplex artium Magister, Procurator sit aut Censor, modò suum illis jus suaque vices intactæ serventur. Controversiam jandudum eâ de re motam fuisse inter Baccalaureos et artium Magistros, sed diu jacuisse valuti sopitam ac prorsùs neglectam. Anno autem 1733 die 27. oct. revixisse, Magistro Fleury, Artium Magistro, Censorium munus sibi jure antiquitatis vindicante. Optasse tùm fidelissimam Nationem, ut lis illa non in foro Contentioso, ut vocant, sed per arbitros, á Partibus respectivè nominandos, componeretur. Non diu cunctatum fuisse Mgrum Fleury, quin suum arbitrum appellaret. Verùm Baccalaureos fuisse indiligentiores. Quod fidelissimæ Nationi adeò displicuisse, ut anno 1734 die 8. maji interminata sit, nisi Baccalaurei non-Regentes ante proxima Comitia arbitrum suum appellassent, se unum pro iis appellaturam. Rem quidem non ulteriùs processisse, et adhuc maansisse injudicatam. Sed tamen hinc patere 1.° Volum fidelissimæ Nationis tùm fuisse, ut in Censuræ petitione Magistrorum in artibus non-Regentium ratio haberetur. 2.° Quum soli Baccalaurei non-Regentes juridicè advertati sint, ne Artium Magistri jura petendæ ac gerendæ Censuræ gaudeant, nunc, lite pendente, Baccalaureis a præsenti causâ propter absentiam submotis, Censuram Artium Magistris non-Regentibus debere devolvi. Itaque, se postulare,

ut

ne, Conclusio Picardica Nationis, die 27. Oct. proximè elapsi facta, in=
=firmatur, et nullâ habitâ ratione electionis Mgri Dair, Regentis,
Censura adjudicetur Mgro Le Mercier, non-Regenti, isque ad Sacramen=
=tum, quod Censores praestare solent, his in Comitiis admittatur.

Dixit Mgr Dair, die 27. Octob. proximè elapsi, se ex Pro=
=fessoribus unum, munus Censorium petiisse et obtinuisse. Rem aliter
fieri nec debuisse, nec potuisse. Ex Statutis enim Picardicæ Nationis Ma=
=gistros-Regentes, et ex Magistris non-Regentibus solos in Theologiâ
et medicinâ Baccalaureos petendæ Censuræ esse habiles. Porrò in
Comitiis die 27. Oct. ad creandum Censorem habitis, nullos comparuisse
neque in Theologiâ, neque in medicinâ, Baccalaureos. Necesse ergo fuisse,
Censorem ex Ordine Magistrorum-Regentium deferri. Quod dixerit
Mgr Sellier, legem, quæ in Statutis Cap. 4. art. 1. legitur, et eam, quæ
est Cap. 3. art. 6., inter se pugnare, id profectò nemini, præterquam
Mgro Sellier, visum adhuc fuisse; non fidelissimæ Nationi, quæ anno
1674, die 13. Oct., ambas illas leges, recognitas et probatas, in Statuto=
=rum Collectione simul conjunxit; non Supremo Senatui, qui sic conjunc=
=tas auctoritate suâ anno 1675 die 13. Jul. munivit, et in Tabulas suas
referri justit. Quod argumentatus sit idem Mgr Sellier ex controver=
=siâ quâdam inter Baccalaureos, et Simplices Artium Magistros, de mu=
=nere Censorio dudum inchoatâ, cujus nulla profertur Actio judiciaria,
quid inde consequi? quum præsertim fateatur, Controversiam illam non
fuisse a Partibus Contendentibus promotam, non Judici subjectam, nedum
decisam. Se itaque postulare, ut dapulsis ab actione suâ Mgro Sellier
et iis, qui ejus petitioni subscripserunt, Conclusio Picardicæ Nationis,
die 27. Oct. proximè elapsi facta, confirmetur; et consequenter Censuræ
jus et postestas sibi asseratur.

Tum auditus est M. Latteux, Universitatis Syndicus et Procu=
=rator generalis, qui, rerumpro Partium momentis, plurima observavit.

I.° fidelissimam Picardicæ Nationem, ut firmam ac stabilem Jurispru=
=dentiam haberet, anno 1674 ex Commentariis suis, ex Senatus-consultis, ex
Universitatis Tabulis, certum quemdam legum numerum descripsisse, et in
Statutorum Corpus redegisse. Hoc Statutorum Corpus, ab ipsâ Natione dili=
=genter recognitum et maturè concinnatum, eâdem postulante Natione,
fuisse à Supremo Senatu anno 1675. die 13. Jul. probatum et confirmatum.

2.° Ex illis Statutis, Picardicam Nationem triplici Virorum Academico=
=rum genere constare, Magistris Scilicet Regentibus, Baccalaureis in The=
=ologiâ aut medicinâ non-Regentibus, et Simplicibus Artium Magistris
non-Regentibus.

3.° Omnes Magistros-Regentes et Baccalaureos non-Regentes ad
omnes Magistratus et ad omnia Nationis Officia esse habiles; Simpli=
=ces verò Artium Magistros quorumdam tantùm Munerum fieri partici=
=pes.

4.° Præfata illa munera et Magistratus utrique Magistrorum-Regenti=
=um et non-Regentium Ordini ita esse communia, ut alternis vicibus, hoc
est, alternis annis, ab uno Ordine ad alterum devolvantur. In hac autem
partitione, Simplices Artium Magistros non-Regentes cum Baccalaureis
non-Regentibus numerari in iis muneribus, quorum dicti Artium Magistri
sunt capaces.

5.° Censuram in Picardicâ Natione ex eo esse genere Magistratuum,

quibus Simplices artium Magistri excluduntur. Sic enim habere Statuta Cap. 5. art. 1.° Censuræ Candidatus non minoris dignationis, quam qui Procuratorii muneris, esto. Porrò Conditionas, Sive, ut loquuntur, qualitates ad munus Procuratorium requisitas, haberi Cap. 4. art. 1. his Verbis, Ad Procuratoriam Dignitatem aspirare nemini fas esto, nisi qui vel Philosophiam per biennium, aut Grammaticam per triennium in Collegio celebri docuerit, vel formatus in Theologiâ aut medicinâ Baccalaureus fuerit.

6.° Diem 27.am Octobris Censoribus in unaquaque Natione creandis assignatam esse non per peculiaria Singularum Nationum Statuta, sed per præclara Artium facultatis Communia; ita ut, quamquam unaquæque Natio Censorem Suum in privatis Suis Comitiis eligat, ea tamen Comitia eodem in loco, eâdem horâ, ab omnibus Nationibus haberi necesse sit, demittente ad deliberandum, et post deliberationem concludente Amplissimo Rectore; ac proinde nulli Nationi licere, ea Comitia aut antevertere, aut transferre.

His observatis, quid in Picardicâ Natione die 27. Octob. factum sit, considerandum. In illis Comitiis neminem ex Baccalaureis, quorum recurrerant vices, comparuisse. Tres adfuisse Artium Magistros; sed ipsis nefas fuisse ad Censuram aspirare, ex Statutis. Cum igitur ex toto Magistrorum non-Regentium Ordine nulli actu eligibiles essent, aliis per absentiam, aliis per Statuta exclusis; cumque non potuerit ad aliam diem electio transmitti, Censuræ petendæ et postulandæ jus necessariò penes fuisse Professores, qui præsentes aderant, quique soli per Statuta erant actu eligibiles.

Non audiendas cavillationes circâ sensum articuli 6.i tertii capitis et primi articuli capitis quarti usurpatas. Velle in duobus illis articulis nodos et difficultates offendere, idem prorsùs esse ac velle tenebras in medio Sole quærere.

Quæ allegata sint de controversiâ quâdam inter Baccalaureos et Artium Magistros olim inchoatâ, cum neque judicium ullum, neque ulla actionis judiciariæ forma proferatur, certè pro nihilo esse habenda.

Itaque, æstimare, Mgrum Sellier et qui ejus causæ subscripsere, esse ab actione Suâ dimovendos. Confirmandam Conclusionem Picardicæ Nationis die 27. Oct. factam; et consequenter Mgrum Dair in Censuræ petitione esse servandum.

Auditis Partibus, Viris Statutis Picardicæ Nationis, item Conclusionibus ejusdem Nationis ann. 1733 die 27. octobris, ann. 1734 die 8 maji, ann. 1737 die 8 maji, ann. 1738 die 2 maji, ann. 1747 die 30 maji et 2. octobris, factis, Audito M. Lenevet, Universitatis Syndico et Procuratore generali, Consultis Antiquioribus Nationum Magistris, Re ab amplissimo Rectore in deliberationem apud Ornatissimos Procuratores missâ, Censuerunt, M. Petrum Sellier et qui ejus causæ subscripserunt ab actione Suâ submovendos. Conclusionem Picardicæ Nationis, die 27. Octob. factam esse confirmandam; et consequenter Censuram dictæ Nationis Mgro Carolo Dair esse asserendam, Salvâ, nec obstante, qualibet appellatione aut intercessione.

Et ita Conclusit Amplissimus Rector./.

Cochet, Rector.

1747. Novemb. 98.

Placuit, his subjungere Libellum memorialem, a M. Nicolao Rias scriptum, de finibus academiæ.

Memoire sur les limites du Quartier, de l'Université, au sujet d'une contestation meüe dans la nation de France pour la charge de Censeur, jugé au Tribunal le 8. novemb. 1747.

Paris n'a été pendant un tres long temps que ce qui est compris entre les deux bras de la Seine, depuis l'endroit ou est aujourd'hui l'Eglise de Notre Dame, jusqu'a celui ou est la Place Dauphine. Il y avoit en dedans de cette Isle une enceinte de murailles avec grand nombre de tours le long du bord interieur de la Riviere; et la riviere elle meme tenoit lieu de fossé a cette enceinte de tous les cotez. On n'y entroit que par deux endroits, le grand Pont (c'est le Pont au change) et le petit pont, soutenus l'un par le grand, et l'autre par le petit Chastelet.

Dans la suite on bastit au delà de la Riviere du costé du Nord plusieurs maisons, qui d'abord ne furent que des maisons de campagne appartenantes a differens Bourgeois de Paris. Le nombre de ces maisons s'estant accru considerablement sous la premiere Race de nos Rois, on environna de murailles, avec portes et tours, cette nouvelle portion, qui fut nommée Ville, sans doute parce que dans ces premiers commencemens ce n'estoit qu'un certain nombre de metairies, Villæ; au lieu que l'ancien Paris retint, et a retenu jusqu'a present le nom de Cité, qui dans nostre ancien langage signifioit ce que l'on a depuis entendu par le nom de Ville.

On commença plus tard a bastir au delà de l'autre bras de la Seine qui est du costé du midi.

Il est vrai que dés avant l'entrée des françois dans les Gaules il s'estoit formé de ce costé la un bourg assés considerable, appellé dans la suite St. Marcel, a cause que le St. Evêque de ce nom y fut enterré; et peu de temps apres qu'ils s'y furent etablis, le bourg de St. Germain. Mais ces deux bourgs estoient l'un et l'autre trop eloignés de Paris, pour pouvoir en faire partie.

Dans tout le terrein depuis ces deux bourgs jusqu'a la riviere, si l'on excepte le Palais des Thermes, basti par l'Empereur Julien dans le lieu appellé depuis rue des Mathurins; Nostre dame des champs, aujourd'hui les Carmelites, que l'on pretend avoir été anciennement un Temple d'Idoles, et converti depuis en une Eglise par St. Denis, premier Evêque de Paris; les Eglises de St. Estienne d'Egras, et de la Ste. Trinité (aujourd'hui St. Benoist) basties l'une et l'autre par le même Saint, l'Eglise de St. Pierre et St. Paul (aujourd'hui Ste. Genevieve) bastie par le Roi Clovis, avec un palais pour lui dans les environs; le prieuré de St. Julien le Pauvre, basti sous les fils de Clovis, et occupé depuis pendant fort long temps par des moines de Cluny; le Prieuré de St. Victor, fondé dans le 12e. siecle, et dependant alors des Chanoines de St. Victor de Marseille; et quelques maisons en petit nombre basties auprés de ces differentes Eglises; tout le reste n'estoit que Prairies, et Clos plantés d'arbres et de Vignes.

Les Maistres de l'Ecolle de Paris, appellée d'abord Ecole Palatine, dont pour l'ordinaire on fixe l'etablissemen au temps de Charlemagne, enseignerent long temps dans la Cité, ou ils donnoient leurs leçons tant dans le voisinage du Palais, que dans le Parvis de Nostre Dame, conjointement avec les maistres de l'Ecole Episcopale, beaucoup plus ancienne que l'Ecolle Palatine.

Sous les derniers Rois de la Seconde Race, ou au commencement de la 3.e, quelques uns de ces maistres s'etablirent proche l'Eglise de S.t Germain l'auxerrois, et y enseignerent. Mais cette Colonie n'a pas duré. On en voit seulement quelques restes dans l'etablissement des Colleges de S.t Thomas du Louvre et des Bons-enfans-S.t honoré.

D'autres, vers le temps du regne de Louis le Gros, 5.e Roi de la 3.e Race, sortirent de la cité, et vinrent ouvrir des Ecolles, les uns aux environs de S.t Julien le Pauvre, les autres vers l'abbaïe de S.te Geneviève, quelques uns vers le quartier de S.t Victor. Leur exemple en attira plusieurs autres. Le nombre s'en accrut considerablement sous le regne de Louis VII. dit le jeune, fils et Successeur de Louis le Gros. Il falloit des logemens et pour eux et pour la multitude d'Ecolliers qui les avoient suivis. Les Proprietaires des differens Clos, qui occupoient alors ce terrain profiterent de ces circonstances pour en augmenter la valeur: ils y firent bastir quantité de maisons. Ce fut dans ce temps là que les Grandes Ecoles des quatre nations furent basties dans le lieu, nommé depuis rüe du fouarre.

Il ne resta dans la Cité que les Maistres en Theologie et Droit Canonique, et les Phyticiens-Medecins. L'Evêque s'efforça quelque temps de les retenir; mais enfin ils passerent aussi la Riviere et se rangerent avec les autres.

Ce fut aussi a peu prés dans ce temps là, que l'on commença de donner le nom d'Université à ce Corps de Maistres et d'Etudians, que l'on avoit jusqu'alors appellé Ecole Palatine, et plus communément Ecole de Paris.

C'est pour cette raison sans doute (pour le dire ici en passant) que Pasquier dans ses Recherches examinant l'origine de l'université, ne la fait pas remonter plus haut que le Regne de Louis VII. ou tout au plus celui de Louis le Gros. En quoi il a raison, s'il n'entend parler que du temps ou elle commença de porter le nom d'Université. Mais s'il veut parler de sa premiere institution, il est certain qu'il se trompe, et qu'elle a une origine bien plus reculée.

Philippe Auguste, fils et Successeur de Louis VII. voyant que le nouveau quartier, ou l'université s'etoit venüe etablir, etoit considerablement peuplé, et voulant d'ailleurs donner des marques de sa protection a un Corps si utile et si honorable a la nation et pourvoir a sa Sureté, forma le dessein de l'environner de murailles, avec des tours d'espace en espace; ce qui coûta vingt années de travail et ne fut achevé qu'en 1211.

Cette Cloture du costé de l'Orient commençoit sur le bord de la Seine a une Tour appellée la Tournelle, bastie a l'endroit, ou est maintenant la Porte S.t Bernard. De la costoyant le terrein, ou sont les Colleges du Cardinal Lemoine et des Bons-enfans, elle traversoit la rüe S.t Victor, gagnoit le haut de la montagne, puis tournant a droite vis-a-vis de

l'endroit

l'endroit, ou sont aujourd'huy les Peres de la Doctrine Chrestienne, elle avançoit derriere S.te Geneviéve, coupoit la rüe S.t Jacques, descendoit par la Place S.t michel le long de la rüe des fossés de M.r le Prince, passoit au bout de la rüe des Cordeliers, et alloit se terminer a une Tour, appellée d'abord la Tour de Philippe Hamelin et ensuite Tour de Nesle, elevée sur le bord de la Riviere a l'occident de Paris, entre l'Hostel de Conty d'apresent et le premier Pavillon du College Mazarin.

Il y avoit huit portes: Scavoir, deux pour le fauxbourg S.t Victor; une, pour le fauxbourg S.t marceau; une, pour celui de S.t Jacques; une, pour celui de S.t michel; et trois pour le fauxbourg S.t Germain. Celles qui regardoient le costé de S.t Victor, estoient l'une sur le bord de la Seine et s'appelloit Porte de la Tournelle, l'autre dans la rüe S.te Victor, au coin du College des Bons-enfans, et s'appelloit Porte S.te Victor. Celle du fauxbourg S.t marceau estoit au haut de la montagne dans la rüe Bordet, a l'endroit ou finit cette rüe et ou commence la rüe Mouffetard, vis-avis des 88. de la Doctrine, et se nommoit Porte Bordelle, ou Bordet, ou Simplement Porte S.t marceau. Celle du fauxbourg S.t Jacques, qui n'a point porté d'autre nom que celui de ce fauxbourg; estoit placée dans la rüe S.t Jacques entre la rüe hyacinthe d'une part, et celle qui va a l'estrapade de l'autre. Celle du fauxbourg S.t michel estoit a l'extremité de la rüe de la harpe, ou est aujourdhui la place S.t michel. Cette Porte s'est nommée Porte Gibart, ou Gibert, Porte S.t michel, et quelque fois Porte d'Enfer, depuis que l'hostel Yvanert, basti autrefois par le Roi Robert, passa parmi le Peuple pour estre infesté de malins Esprits, ce qui fit donner a la rüe qui y conduit le nom de Rüe d'Enfer, et a l'hostel même le nom d'hostel du diable, avant que S.t Louis en eust fait present aux Chartreux qui l'occupent aujourd'hui. Des trois Portes, qui regardoient le fauxbourg S.t Germain, l'une estoit placée au bout de la rüe des Cordeliers, repondant a la rüe des Boucheries, et s'est appellée Porte des Cordeliers, et dans les derniers temps Porte S.t Germain; l'autre estoit au bout de la rüe de S.t andré des arcs, vis-avis la rüe de Bussy. Elle s'est appellée long temps Porte S.t Germain, et ensuite Porte de Bussy, du nom de Simon de Bussy, Conseiller d'Etat, qui y avoit son logement sous le regne de Philippe de Valois. Elle s'est appellée aussi Porte-Dauphine, depuis l'ouverture faite de la rüe de ce nom sous le regne de Henri IV. La troisieme estoit sur le bord de la Riviere, et s'a nommoit porte de Nesle, tant a cause de la Tour de Nesle a laquelle elle tenoit, qu'a cause de l'hostel de mesme nom, qui estoit tout proche.

De ces huit Portes, il ne reste plus que la Porte S.t Bernard. Toutes les autres ont eté abbatües sous le regne de Louis XIV.

Sous le Roi Jean, la muraille de Philippe Auguste fut environnée dans toute son etenduë d'un double fossé. Ces fossés ont subsisté tres long temps, jusqu'a ce qu'enfin ils ont eté convertis en une rüe de pareille etenduë, qui d'un bout a l'autre a conservé son nom de fossés, en y joignant seulement des epaces en epaces les noms des differens endroits auxquels elle répond selon ses differentes portions. Ainsi depuis la Porte S.t Bernard jusqu'a la rüe S.t Victor elle s'appelle Rüe des fossés S.t Bernard. Depuis la rüe S.t Victor jusqu'a la rüe Bordet devant S.te Geneviéve, elle s'appelle rüe des fossés S.t Victor. Depuis la rüe Bordet jusqu'a l'Estrapade, elle s'appelle rüe des fossés S.t marceau,

nom auquel on a substitué depuis peu celui de rüe de fourcy. Depuis l'Estrapade jusqu'a la rüe St Jacques, elle s'appelle rüe des fossés St Jacques. Depuis la rüe St Jacques jusqu'a la Place St Michel, elle s'appelle rüe des fossés St Michel, quoique dans les derniers temps on lui ait donné plus communément le nom de rüe hyacinthe. Depuis la Place St Michel jusqu'au bout de la rüe des Cordeliers, elle s'est appellée rüe des fossés St Germain, et maintenant rüe des fossés M. le Prince. Depuis la rüe des Cordeliers jusqu'a la rüe Dauphine, et mesme par dela, elle s'appelle rüe des fossés St Germain, quoiqu'on l'appelle aussi rüe de la Comedie. Et depuis cet endroit jusqu'a la riviere, elle s'appelloit rüe des fossés de Nesle, jusqu'a ce que une partie du terrein, ou avoient eté anciennement les Ecuries et le Jardin de l'hostel de Nesle en dehors du fossé, et une partie de cet hostel, qui etoit en dedans, ayant eté emploiés, avec le fossé mesme, pour la construction du College Mazarin, la rüe a eté necessairement reculée, et n'a plus porté le nom de fossés, mais celui de Rüe Mazarine.

Telle fut la Closture de Philippe Auguste. Tout l'espace compris dans cette Clôture fut appellé Quartier de l'université, ou simplement université. Il n'y a point eu de changement dans son etendüe. Quoique la muraille n'existe plus et qu'on n'en voye plus que quelques restes en certains endroits: quoique les fossés aïent eté comblés, et les Portes abbatües, la trace de cette enceinte subsiste toujours en son entier dans les rües que nous venons de marquer, et elles servent encor présentement, dans la division de Paris, a distinguer le quartier de l'université d'avec les faubourgs.

Par l'operation de Philippe Auguste Paris se trouva composé de trois Parties principales, la Cité, la Ville et l'université. Il n'est pas possible de les confondre, quand on le voudroit. La Cité est au milieu des deux autres, et les separe; et elle mesme est séparée de chacune d'elles par des limites qui ne sont point equivoques, puisque ce sont deux bras de Riviere.

L'université est renfermée dans une espece de demi Cercle, appuyé selon toute l'etendüe de son diametre sur cette mesme riviere qui lui sert de bornes de ce costé la, et ayant pour circonference les fossés, dont nous venons de parler.

Ce que quelques uns disent, scavoir, Que la Cité doit estre censée Quartier de l'université, parceque l'université y a enseigné autrefois est plus specieux, que solide. Car par ce raisonnement, il faudroit adjuger le quartier de St Germain l'auxerrois au Quartier de l'université, puisqu'il passe pour constant que l'université y a donné anciennement des leçons.

Ce qu'on adjoute, n'a pas plus de solidité. Il se fait, dit-on des actes Academiques dans le Cloitre de Nostre Dame, puisqu'on y fait les examens pour la Maistrise es arts, et qu'on y donne la benediction Apostolique aux Licentiés des differentes facultez; d'ou l'on conclud, que le Cloitre de Nostre Dame et les lieux Adjacens sont des Lieux academiques.

Si pour donner le titre de Lieu Academique a un endroit, il suffit qu'on y fasse quelques actes Academiques, rien n'empesche qu'on ne le donne a la salle ou se font les examens des maistres-es arts. On poura le donner de mesme a tous les endroits ou M. le Recteur se

trans-

transporte avec son Tribunal quelque éloigné qu'il soient, même à Versailles ou fontainebleau, puisqu'il y peut faire, et qu'en effet il y fait très souvent des Deliberations, qui sont de vrais actes Academiques, couchés sur les Registres, et ayant autant de force et d'autorité, que s'ils avoient été faits sous le cloitre des Mathurins.

Pourquoi cependant, dans le langage de l'université, ne qualifie-t'on pas de lieux academiques ni ces endroits là, ni ceux ou se font les examens des maitres-ès arts? C'est que s'ils sont academiques, ils ne le sont qu'improprement et très passagerement. Ils sont toute autre chose par leur destination naturelle. Ils ne sont Academiques que par accident, et seulement pour le moment que dure l'acte academique qui s'y passe.

Mais, qu'ils soient Academiques, ou non; ce n'est pas de quoi il est question. Il s'agit de scavoir, si parce qu'une des Salles de l'archeveché sert aux Examens pour la maitrise ès-arts, le Cloitre de notre Dame et les paroisses de la Cité sont des domiciles academiques de la qualité que requiert la loi pour exercer les charges de la nation de france. Pour décider cette question, il suffit de jetter les yeux sur cette loi. Rien de plus clair et de plus precis que les termes dans lesquels elle prononce. Elle exige formellement et sans la moindre equivoque, que pour avoir les charges de la Nation de france, on reside dans le quartier de l'université, ou dans quelqu'un de ses Colleges: in Gymnasio Academico, aut in Universitate. Ainsi le College des Ecossois et celui du mans, quoique transferés hors des limites de l'université depuis prés d'un Siecle, sont neanmoins des domiciles academiques aux termes de la Loi.

Mais la Salle des Examens pour la maitrise ès-arts n'est certainement ni Ecole, ni College de l'université. Il est d'ailleurs aussi incontestable que le Quartier de la Cité n'est point le quartier de l'université, qu'il est hors de doute, que le fauxbourg St. antoine n'est point le fauxbourg St. Victor.

Il est donc démontré, Qu'aucun endroit dans la Cité ne peut faire un domicile academique de la qualité requise par les Statuts de la nation de france. /.

Briat
greffier.

17. novemb.

Anno dñi 1747, die decimâ-Septimâ Novembris, habitis Sem extrâ ordinem Comitiis Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarineo, pro ut Statutum fuerat die 4. hujus mensis, artic. 4°. Conclusionis.

1° Absente valetudinis causâ Mgro Lattaveau, Syndico, absente pariter Mgro Durand qui illius vices in postremis Comitiis gesserat, Amplissimus Rector, de Consilii sententiâ, mandavit Mgro Branet, Normanicæ Nationis Exprocuratori, præsenti, ut Syndicum in his Comitiis ageret.

2° Supplicâvum pro Literis Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Petrus Godbert, diac. Ambianensis; Et

Germanus Touraille, presb. Carnutanus. Cum fidem fecisset, M. Nicolaus Briat, Universitatis Scriba, se meritissimi Syndici nomine rogatum vi= =disse tum Magisterii Litteras prædictorum Supplicum, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat, quinquennium academicum fuisse ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplica= =tionem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari; dixit Mgr Brenet, Prosyndicus, nihil se morari. Quo audito, Placuit, Suæ eutrique Supplici postulata concedi.

3° Legit præfatus M. Brenet a capite ad calcem Rationes accepti et Expensi a Dno Renard, Procuratore Collegii Rubantini Sequestro, reddendas, cum animadversionibus bene multis á Sr M. Letellier, Syndico, factis et descriptis. Placuit, laudari diligentiam tum meritissimi Syndici, tum præfati Mgri Brenet: Illum rogari, ut Supra memoratas Animadversiones communicet cum Dño Renard, eique persuadeat, ut Rationes suas, retractatas et emendatis a= =nimadversionibus emendatas, sine strepitu forensi quamprimum reddat.

4° Accessit ab amplissimo Rectore accersitus Magister ille, qui Alumnorum Montanorum Studiis ab uno circiter anno præfectus est; interrogatusque de tribus Bursariis Adrian, Curtat et Briard, an aliquid compertum haberet, quod expulsionis pœnâ dignum videretur, negavit, ac protinus discessit. Placuit, illud responsum hîc referri.

Et ita super his quatuor Capitibus Conclusit Amplissimus Rector./.

Cochet, Rector

Finis hujus Voluminis, seu, Regesti.

J. Briat

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES